firmitates nras accepit · & egrotationes porta
uit · Uidens autem ihũ turbas multas circum
se · iussit ire transfretum ·

T̃ Ⓜ lxviii
V
L lv

Et accedens unus scriba · ait illi · Magister · sequar
te · quocumq; ieris · Et dicit ei ihũ · Uulpes fo
ueas habent & uolucres ꝯli nidos · filius autẽ
hominis non habet ubi caput suum reclinet ·
Alius autem de discipulis eius ait illi · Dñe ·
permitte me primum ire · & sepelire patrem meũ ·
Ihũ autem ait illi · Sequere me · & dimitte mor
tuos sepelire mortuos suos · V III ·

T̃ Ⓜ lxviii
A II
Ⓜ lxvi
L lxxxiii

T̃ ASCENDENTE EO
in nauiculam · secuti sunt eum discipli

eius. Et ecce motus magnus factus est in ma
ri. ita ut nauicula operiretur fluctibus. Ipse
uero dormiebat. Et accesserunt. & suscitauit
runt eum dicentes. Dñe. salua nos perimus.
Et dicit eis. Quid timidi estis modicæ fidei.
Tunc surgens imperauit ventis & mari. & facta
est tranquillitas magna. Porro homines. mira
ti sunt dicentes. Qualis est hic. quia uenti &
mare obediunt ei. Et cum peuenissent trans
fretum in regionem gerasenorum. occurrerunt
ei duo habentes doemonia de monumentis
exeuntes seui nimis. ita ut nemo posset transire
puiam illam. Et ecce clamauerunt dicentes.
Quid nobis & tibi ihū fili dei. uenisti huc ante
tempus torquere nos. Erat autem non longe
ab illis grex porcorum multorum pascens.
Doemones autem rogabant eum dicentes. Si
eicis nos. mitte nos in gregem porcorum. Et ait
illis. Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos.
Et ecce impetu abiit totus grex p preceps in
mare. & mortui sunt in aquis. Pastores autem
fugierunt. & uenientes in ciuitatem nunciauit
runt omnia. & de his qui doemonia habuerant.
Et ecce tota ciuitas exiit obuiam ihū. & uiso
eo rogabant ut transiret
a finibus eorum.

Ꝑ lxx
Ꝑ l
Ꝑ xx
Lxxxvii
Lxxxviii

Et ascendens in ·VIIII·
nauiculam transfretauit · & uenit in
ciuitatem suam · Et ecce offerebant ei paraly
ticum · iacentem in lecto · Et uidens ihc fidē
illorum · dixit paralytico · Confide fili · re
mittuntur tibi peccata tua · Et ecce quidā
de scribis · dixerunt intra se · Hic blasphemat ·
Et cum uidisset ihc cogitationes eorum
dixit · Ut quid cogitatis mala in cordib; uris.
Quid est facilius dicere · dimittuntur tibi pec
cata · aut dicere surge & ambula. Ut sciatis
autem quoniam filius hominis habet potes
tatem in terra dimittendi peccata · tunc ait
paralytico · Surge tolle lectum tuum · & uade
in domum tuam · Et surrexit · & abiit in do
mum suam · Videntes autem turbe timuerun.
& glorificauerunt dm · qui dedit potestatem
talem hominibus ·

Ꝑ lxx
Ꝑ ii
Ꝑ xxi
Lxxxviii

Et cum transiret inde ihc · vidit hominem seden
tem in theloneo matheum nomine · & ait illi ·
Sequere me · Et surgens · secutus est eum ·

Ꝑ lxxii
Ꝑ ii
Ꝑ xxii
Lxxxviii
Et lxxxvi

Et factum est discumbente eo in domo · ecce mul
ti publicani & peccatores uenientes discumbe
bant cum ihu & discipulis eius · Et uidentes
pharisei · dicebant discipulis eius · Quare cum
publicanis & peccatoribus manducat magister

Ꝑ lxxm
x ii
Ꝑ xxm
L xl

Ait hic audiens ait. Non est opus ualentibus me
dicus. sed male habentibus. Euntes autem disci
te quid est. misericordiam uolo & non sacrifi
cium. Non enim ueni uocare iustos sed peccatores. Tunc accesserunt ad eum discipuli io
hannis dicentes. Quare nos & pharisei ieiuna
mus frequenter. discipuli autem tui non ieiu
nant. Et ait illis ihc. Numquid possunt
filii sponsi lugere quamdiu cum illis est spon
sus. Venient autem dies cum auferetur abeis
sponsus. & tunc ieiunabunt. Nemo autem
immittit commissuram panni rudis in uesti
mentum uetus. tollit enim plenitudinem eius
uestimento. & peior scissura fit. Neq; mittunt
uinum nouum in utres ueteres. alioquin rum
puntur utres & uinum effundetur & utres
pereunt. sed uinum nouum in utres nouos
mittunt. & ambo conseruantur.

Ꝑ lxxm
x ii
Ꝑ xlvm
L lxxxv

Hec illo loquente ad eos. ecce princeps unus
accessit. & adorauit eum dicens. Filia mea
modo defuncta est. sed ueni inpone manum
super eam & uiuet. Et surgens ihc sequebatur
eum. & discipuli eius. Et ecce mulier que
sanguinis fluxum patiebatur duodecim an
nis accessit retro. & tetigit fimbriam uestimen
ti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero tantũ

uestimentum eius· salua ero· ⁊ At ihc conuersus·
& uidens eam dixit· Confide filia· fides tua
te saluam fecit· Et salua facta est mulier ex
illa hora· Et cum uenisset ihc in domum prin
cipis· & uidisset tibicines· & turbam tumultu
antem diceba· Recedite· non est enim mortua
puella sed dormit· Et deridebant eum· Et
cum eiecta esset turba· intrauit & tenuit ma
num eius· & surrexit puella· Et exiit fama
hec· in uniuersam terram illam·

Et transeuntes inde ihu· secuti sunt eum duo cecci
clamantes & dicentes· Miserere nri· fili dauid·
Cum autem uenisset domum· accesserunt ad
eum cecci· & dicit eis ihc· Creditis quia possum
hoc facere uobis· Dicunt ei· Vtiq: dne· Tunc tetigit
oculos eorum dicens· Secundum fidem
uram· fiat uobis· Et aperti sunt oculi illorum·
Et comminatus est eis ihc dicens· Videte· ne
quis sciat· Illi autem exeuntes· diffamauerunt
eum in tota terra illa· Egressis autem illis· ecce
obtulerunt ei hominem mutum· dyemoniu
habentem· Et eiecto dyemonio locutus est
mutus· & mirati sunt turbe dicentes· Numquam
apparuit sic in israhel· Pharisei autem dicebant·
In principe dyemoniorum· eicit dyemones·
Et circuibat ihc ciuitates omnes & castella· docens

Ioh xv
Sels

Ioh Lxxvi
Ioh Lii
Luc Lxxviii

in synagogis eorum · & predicans euangelium
regni · & sanans omnem languorem & omnem
infirmitatem ·

T ℳ lxxxvii
R vi
ℳ lxiii

Uidens autem turbas misertus est eas · quia erant
vexati · & iacentes sicut oues non habentes pastorem ·

T ℳ lxxxviii
V
Lxiii

Tunc dicit discipulis suis · Messis quidem multa · operarii autem pauci · Rogate ergo dnm
messis · ut eiciat operarios in messem suam ·

T ℳ lxxxviii
R ii
ℳ xxviii
L lxxxvi

Et CONVOCATIS · X · VIIII ·
duodecim discipulis suis dedit illis potestatem spirituum inmundorum ut
eicerent eos · & curarent omnem languorem &
omnem infirmitatem ·

T ℳ lxxx
R ii
ℳ xxx
Lxlm

Duodecim autem apostolorum nomina sunt
hec · primus symon qui dicitur petrus · & an
dreas frater eius · iacobus zebedei & iohannes
frater eius · philippus & bartholomeus · thomas
& matheus publicanus · & iacobus alphei · &
tatheus · symon chananeus · & iudas scariothes
qui & tradidit eum ·

T ℳ lxxxi
V
Sols

Hos duodecim misit iesus precipiens eis & dicens ·
In uiam gentium ne abieritis · & in ciuitates
samaritanorum ne intraueritis · sed potius ite
ad oues que perierunt domus israhel ·

T ℳ lxxxii
R ii
ℳ lxx
L lxxxvii
7 a x

Euntes autem predicate dicentes · quia adppin
quabit regnum celorum · Infirmos curate ·

mortuos suscitate leprosos mundate demones
eicite Gratis accepistis gratis date Nolite
possidere aurum neq; argentum neq; pecu
niam in zonis uris non peram in uia neq; duas
tunicas neq; calceamenta neq; uirgam Dig
nus est enim operarius cibo suo

Hieremias
c. 31
Ioan.

In quamcumq; ciuitatem aut castellum intra
uerimis interrogate quis in ea dignus sit & ibi
manete donec exeatis inde

Hieremias
v
Luc.

Intrantes autem in domum salutate eam di
centes Pax huic domui Et si quidem fuerit
digna domus illa ueniet pax ura super eam si autem
non fuerit digna pax ura ad uos reuertetur

Hieremias
c. 11
v
Luc.
Ioan.

Et quicumq; non receperit uos neq; audierit
sermones uros exeuntes foras de domo uel de
ciuitate excutite puluerem de pedibus uris
Amen dico uobis tolerabilius erit terre sodomo-
& gomorreorum in die iudicii quam illi ciuitati

Hieremias
v
Luc.

Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum
Estote ergo prudentes sicut serpentes & sim
plices sicut columbe

Hieremias
c. 1
Hieremias
Luc.
Luc.

Cauete autem ab hominibus Tradent enim uos
in conciliis & in synagogis suis flagellabunt
uos Et ad reges & presides ducemini propter
me in testimonium illis & gentibus

Hieremias
c. 11
Luc.
Luc.

Cum autem tradent uos nolite cogitare quo

modo aut quid loquamini· Dabitur enim
uobis in illa hora·quid loquamini·Non enim
uos estis qui loquimini·sed sp̃s patris uri qui
loquitur in uobis· Tradet autem frater fratrem
in mortem·& pater filium·& insurgent filii
in parentes·& morte eos afficient·Et eritis
odio omnibus·ꝑ ꝓter nomen meum·Qui aut
pseuerauerit usq; in finem hic saluus erit·

Tᵒ lxxxviii
x
Sol S

Cum autem sequentur uos in ciuitate ista·
fugite in aliam·Amen dico uobis· non con
summabitis ciuitates israel·donec ueniat
filius hominis·

Tᵒ xc
ii
Tᵒ lviii
Lexviii
& exxxviii

Non est discipulus sup magistrum·nec seruus
sup dominum suum·Sufficit discipulo ut sit
sicut magister eius·& seruus sicut dominus ei·

Tᵒ xci
x
Sol vs

Si patrem familias beelzebub uocauerunt·quan
to magis domesticos eius· Ne ergo timueritis eos·

Tᵒ xcii
ii
Tᵒ xl
Lisxx

Nihil enim opertum quod non reuelabitur·&
occultum quod non scietur·

Tᵒ xciii
v
Lexlv

Quod dico uobis in tenebris dicite in lumine·&
quod in aure audistis·predicate sup tecta·Et
nolite timere eos qui occidunt corpus·animã
autem non possunt occidere·sed potius eum
timete·qui potest & animam & corpus ꝑdere
in gehennam·Nonne duo passeres asse uenunt·
& unus ex illis non cadet sup terram·sine patre

uestro. Vri autem & capilli capitis omnes nu
merati sunt. Nolite ergo timere. multis passe
ribus melioris estis uos. Omnis ergo qui con
fitebitur me coram hominibus. confitebor &
ego eum coram patre meo qui est in celis.
Qui autem negauerit me coram hominibus. nega
bo & ego eum coram patre meo qui est in celis.
Nolite arbitrari quia uenerim mittere pacem
in terram. non ueni pacem mittere sed gladium.
Ueni enim separare hominem aduersus patrem
suum. & filiam aduersus matrem suam. & nu
rum aduersus socrum suam. & inimici hominis
domestici eius.
Qui amat patrem aut matrem plus quam me.
non est me dignus. Et qui amat filium aut fili
am super me. non est me dignus. Et qui non acci
pit crucem suam & sequitur me. non est me digni.
Qui inuenit animam suam. perdet illam. Et qui
perdiderit animam suam propter me. inueniet eam.
Qui uos recipit. me recipit. Et qui me recipit.
recipit eum qui me misit.
Qui recipit prophetam in nomine prophete. mercedem
prophete accipiet. Et qui recipit iustum in nomi
ne iusti. mercedem iusti accipiet.
Et quicumque potum dederit uni ex minimis
istis calicem aquae frigidae tantum in nomine

discipuli·amen dico uobis·non pdet mercede
suam·

·XI·

T ℳ c. x Sol S

ET FACTUM EST
cum consummasset ihc precipiens
duodecim discipulis suis·transiit inde ut do
ceret & predicaret in ciuitatibus eorum·

T ℳ c. v Lix.viii

Iohannes autem cum audisset in uinculis ope
ra xpi·mittens duos de discipulis suis·ait illi·
Tues qui uenturus es·an alium expectamus·
Et respondens ihc ait illis·Euntes renuncia
te iohanni·que audistis & uidistis·Cęci uident·
claudi ambulant·leprosi mundantur·surdi
audiunt·mortui resurgunt·pauperes euange
lizantur·Et beatus est·qui non fuerit scanda
lizatus in me·Illis autem abeuntibus·cępit
ihc dicere ad turbas de iohanne·Quid existis
in desertum uidere·arundinem uento agitatā·
Sed quid existis uidere·hominem mollib; uesti
tum·Ecce qui mollibus uestiuntur·in domib;
regum sunt·Sed quid existis uidere·prophetā·
Etiam dico uobis·& plus quam pphetam·

T ℳ c. iii ℬ ii ℬ i Lix

hic est enim·de quo scriptum est·Ecce ego mitto
angelum meum ante faciem tuam·qui ppara
bit uiam tuam ante te·

T ℳ c. iiii v Lix

Amen dico uobis·non surrexit inter natos muli
erum maior iohanne baptista·Qui autē minor

est·in regno celorum maior est illo·

Dominica V Lucem

A diebus autem iohannis baptiste usq; nunc reg
num celorum uim patitur·& uiolenti rapiunt illud·

Dominica V Solus

O mnes enim pphete & lex·usq: ad iohannem pro
phetauerunt·Et si uultis recipere·ipse est helia
qui ueturus est·Qui habet aures audiendi audiat·

Dominica V Lucem

C ui autem similem estimabo generationem istam·
Similis est pueris sedentibus in foro·qui claman
tes coequalibus dicunt·Cecinimus uobis & non
saltastis·lamentauimus & non planxistis·Uenit
autem iohannes neq; manducans neq; bibens·
& dicunt·Doemonium habet·Uenit filius ho
minis manducans & bibens·& dicunt·Ecce
homo uorax & potator uini·publicanorum &
peccatorum amicus·& iustificata est sapientia
a filiis suis·

Dominica V Lucem

T unc cepit exprobrare ciuitatibus in quibus facte
sunt plurime uirtutes eius·quia non egissent
penitentiam·Uae tibi corozain·ue tibi bethsay
da·quia si in tyro & sydone facte essent uirtutes
que facte sunt in uobis·olim in cilicio & cinere
penitentiam egissent·Verumtamen dico uobis·
tyro & sydoni remissius erit in die iudicii quam
uobis·Et tu capharnaum·numquid usq: in ce
lum exaltaberis·usq: in infernum descendes·

Dominica VIII Solus

Q uia si in sodomis facte fuissent uirtutes que facte

sunt inter · forte manssissent usq; in hanc diem.
Uerumtamen dico uobis · quia terre sodomorum
remissius erit in die iudicii quam tibi.

Ꝑ ex v Lc xvm

IN illo tempore · respondens ihc dixit ·
Confiteor tibi pater dne cęli & terre · quia
abscondisti hęc a sapientibus & prudentibus ·
& revelasti ea parvulis · ita pater · quo sic fuit
placitum ante te ·

Ꝑ ex iii Lc xvm i Lxxx Je xlvm

Omnia mihi tradita sunt a patre meo ·
Et nemo novit filium nisi pater · neq; patrem
quis novit nisi filius · & cui voluerit filius
revelare ·

Ꝑ ex ii Lc xvm i Lxxxvi

Ꝑ ex xxii Solus

Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis ·
& ego reficiam vos · Tollite iugum meum sup
vos · & discite a me quia mitis sum & humilis
corde · & invenietis requiem animabus vris ·
Iugum enim meum suave ē · & onꝰ meū leve ē ·

IN illo tempore · xii ·
Abiit ihc sabbato pstata · discipuli autem eius
esurientes ceperunt vellere spicas & manduca
re · Pharisei autem videntes · dixerunt ei ·
Ecce discipuli tui faciunt · quod non licet eis
facere sabbatis · At ille dixit eis · Non legistis
quod fecerit david quando esurit & qui cum
eo erant · quomodo intravit in domum di &
panes ppositionis comedit · quos non licebat

ea edere · neq; his qui cum eo erant · nisi solis
sacerdotibus ·

Aut non legistis in lege · quia sabbatis in templo
sacerdotes sabbatum violant · & sine crimine
sunt · Dico autem vobis · quia templo maior
est hic · Si autem scissetis quid est misericordiam
volo & non sacrificium · numquam con dem
nassetis innocentes · Dñs est enim filius homini
etiam sabbati ·

Et cum inde transisset · venit in synagogam eorum
& ecce homo manum habens aridam · Et interro
gabant eum dicentes · Si licet sabbatis cura
re · vt accusarent eum · Ipse autem dixit illis ·
Quis erit ex vobis homo qui habebit ouem unam ·
Et si ceciderit hec sabbatis in foueam · nonne
tenebit & leuabit eam · quanto magis melior
est homo oue · Itaq; licet sabbatis benefacere ·
Tunc ait homini · Extende manum tuam ·
& extendit · Et restituta est sanitati sicut altera ·

Exeuntes autem pharisei consilium faciebant
aduersus eum · quomodo eum perderent ·
Hic autem sciens secessit inde · & secuti sunt eum
multi · & curauit eos omnes · Et precepit eis ne
manifestum eum facerent · vt adimpleretur
quod dictum est per esayam prophetam dicentem ·
Ecce puer meus quem elegi · dilectus meus in
quo bene complacuit anime mee · Ponam spm

meum supeam· & iudicium gentib; nunciabit·
Non contendet neq; clamabit· neq; audiet
aliquis in platheis uocem eius· Arundinem
quassatam non confringet· & linum fumi
gans non extinguet· donec eiciat ad victoriã
iudicium· & in nomine eius gentes sperabunt·

Tcxviii
V
Lcxxvi

Tunc oblatus est ei dæmonium habens cæcus
& mutus· & curauit eum ita ut loqueretur
& uideret·

Tcxx
VII
Lxxxii

Et stupebant omnes turbe· & dicebant· Num
quid hic est filius dauid·

Tcxxi
X II
Lcxxxii

Pharisei autem audientes dixerunt· Hic non
eicit dæmones· nisi in beelzebub principe
dæmoniorum·

Tcxxii
R II
Lcxxxiii

Hic autem sciens cogitationes eorum· dixit eis·
Omne regnum diuisum contra se desolabitur·
& omnis ciuitas uel domus diuisa contra se n
stabit· Et si satanas satanan eicit· aduersus
se diuisus est· Quomodo ergo stabit regnum eius·
Et si ego in beelzebub eicio dæmones· filii uri
in quo eiciunt· ideo ipsi iudices erunt uestri·
Si autem ego in spu di eicio dæmones· igitur p
uenit in uos regnum di· Aut quomodo potest
quisquam intrare in domum fortis & uasa eius
diripere· nisi prius alligauerit fortem· & tunc
domum eius diripiet·

Tcxxiii
R II
Lcxxxiiii
Lcxlvii

Qui non est mecum contra me est· & qui non con

gregat mecum spargit. Ideo dico uobis. Omne
peccatum & blasphemia remittitur hominib;
spiritus autem blasphemia non remittitur.
Et quicumq; dixerit uerbum contra filium
hominis remittitur ei. qui autem dixerit con
tra spm sem non remittitur ei. neq; in hoc seculo.
neq; in futuro.

Dominica xi solvs

Aut facite arborem bonam & fructum eius bo
num. aut facite arborem malam. & fructum
eius malum. Siquidem ex fructu arbor cog
noscitur. Progenies uiperarum. quomodo po
testis bona loqui cum sitis mali? Ex abundan
tia enim cordis os loquitur.

Dominica xii solvs

Bonus homo de bono thesauro profert bona. &
malus homo de malo thesauro profert mala.

Dominica xiii solvs

Dico autem uobis. quoniam omne uerbum oci
osum quod locuti fuerint homines. reddent
rationem de eo in die iudicii. Ex uerbis enim
tuis iustificaberis. & ex uerbis tuis condemnaberis.

Dominica xiv le xxviii

Tunc responderunt ei quidam de scribis & pha
riseis dicentes. Magister. uolumus a te signum
uidere.

Dominica xv le xxxii

Qui respondens ait illis. Generatio mala & adul
tera signum quaerit. & signum non dabitur ei.
nisi signum ionę pphetę. Sicut enim fuit ionas
in uentre coeti tribus diebus & tribus noctibus.
sic erit filius hominis in corde terre tribus dieb;

&tribus nocibus·Viri ninuite surgent in
iudicio cum generatione ista & condemna
bunt eam·quia penitentiam egerunt in pre
dicatione ionę·Et ecce plusquam iona hic·
Regina austri surget in iudicio cum generati
one ista & condemnabit eam·quia uenit afi
nibus terre audire sapientiam salomonis·
Et ecce plusquam salomon hic·

Ꝯ exxviii
V
L exxx

Cum inmundus spiritus exierit ab homine·am
bulat per loca arida querens requiem & non in
uenit·Tunc dicit·Reuertar in domum meam·
unde exiui·Et ueniens inuenit uacantem·
scopis mundatam & ornatam·Tunc uadit &
assumit septem alios spiritus secum nequiores
se·& intrantes habitant ibi·Et fiunt nouissi
ma hominis illius·peiora prioribus·Sic erit &
generationi huic pessime·

Ꝯ exxx
X ii
Ꝯ xxxv
L lxxxii

Adhuc eo loquente ad turbas·ecce mater eius
& fratres stabant foris·querentes loqui ei·Dixit
autem ei quidam·Ecce mater & fratres tui fo
ris stant·querentes te·At ipse respondens·di
centi sibi ait·Quę est mater mea & qui sunt
fratres mei·Et extendens manum in discipu
los suos dixit·Ecce mater mea·& fratres mei·
Quicumq; enim fecerit uoluntatem patris mei
qui in celis est·ipse meus & frater & soror & ma
ter est·

IN ILLO DIE EXIENS IHC ·XIII·

de domo sedebat secus mare · & congregate sunt
ad eum turbe multe · ita ut in naviculam ascen
dens sederet · & omnis turba stabat in littore ·
Et locutus est eis multa in parabolis dicens · Ecce
exiit qui seminat seminare · Et dum seminat ·
quedam ceciderunt secus viam · & venerunt
volucres · & comederunt ea · Alia autem ceciderunt
in petrosa · ubi non habebant terram multam ·
& continuo exorta sunt quia non habebant al
titudinem terre · sole autem orto estuaverunt ·
& quia non habebant radicem aruerunt ·
Alia autem ceciderunt in spinas · & creverunt
spine · & suffocaverunt ea · Alia autem ceciderunt
in terram bonam · & dabant fructum · ali
ud centesimum · aliud sexagesimum · aliud tri
cesimum · Qui habet aures audiendi audiat ·
Et accedentes discipuli · dixerunt ei · Quare
in parabolis loqueris eis · Qui respondens ait
illis · Quia vobis datum est nosse mysteria regni
celorum · illis autem non est datum ·
Qui enim habet dabitur ei & abundabit · qui
autem non habet · & quod habet auferetur abeo ·
Ideo in parabolis loquor eis · quia videntes non
vident · & audientes non audiunt neq; intel
legunt · & adimplebitur in eis yphetia ysaye di
cens · Auditu audietis & non intellegetis · & vi

dentes uidebitis & non uidebitis. Incrassatum
est enim cor populi huius. & auribus graueter
audierunt. & oculos suos clauserunt. ne quan
do uideant oculis & auribus audiant. & corde
intelligant. & conuertantur & sanem eos.

Y ℳ cxxxiii V L cxx

Uestri autem beati oculi quia uident. & aures uę
quia audiunt. Amen quippe dico uobis. quia
multi pphetę & iusti cupierunt uidere quę ui
detis & non uiderunt. & audire quę auditis &
non audierunt.

Y ℳ cxxxv Z ii ℳ cxxxviii L lxxxviii

Vos ergo audite parabolam seminantis. Omnis qui
audit uerbum regni & non intellegit. uenit ma
lus & rapit quod seminatum est in corde eius. hic
est qui secus uiam seminatus est. Qui autem sup
petrosa seminatus est. hic est qui uerbum audit.
& continuo cum gaudio accipit illud. non ha
bet autem in se radicem sed est temporalis. facta
autem tribulatione & persecutione ppter uerbũ
continuo scandalizatur. Qui autem seminatus
est in spinis. hic est qui uerbum audit. & sollicitu
do seculi istius & fallacia diuitiarum suffocat
uerbum. & sine fructu efficitur. Qui uero inter
ram bonam seminatus est. hic qui audit uerbum
& intellegit. & fructum affert. Et facit aliud
quidem centesimum. aliud autem sexagesimũ.
aliud uero tricesimum.

Y ℳ cxxxvi X S. lvs

ALIAM PARABOLAM PROPOSVIT ILLIS DICENS.

Simile factum est regnum celorum homini
qui seminauit bonum semen in agro suo.
Cum autem dormirent homines uenit inimi
cus eius & superseminauit zizania in medio tri
tici & abiit. Cum autem creuisset herba & fruc
tum fecisset tunc apparuerunt & zizania.
Accedentes autem serui patrisfamilias dixerunt
ei. Domine nonne bonum semen seminasti in
agro tuo. Vnde ergo habet zizania. Et ait illis.
Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt
ei. Vis imus & colligimus ea. Et ait non. Ne for
te colligentes zizania eradicetis simul cum eis
& triticum. Sinite utraq; crescere usq; ad messem.
& in tempore messis dicam messoribus. Colligite
primum zizania & alligate ea fasciculos ad com
burendum. Triticum autem congregate in
horreum meum.

Y
Dominica
X
Dxl....
Lelevem

Aliam parabolam ppposuit eis dicens. Simile est
regnum celorum grano sinapis. quod accipiens
homo seminauit in agro suo. quod minimum
quidem est omnibus seminibus. Cum autem
creuerit maius est omnibus holeribus & fit ar
bor. ita ut uolucres celi uenire & habitare
in ramis eius.

Y vm
Dxxx
V
Lelevem

Aliam parabolam locutus ē eis. Simile est regnum
celorum fermento. quod acceptum mulier abscon
dit in farine satis tribus. donec fermentatū ē totū.

Hec omnia locutus est ihc in parabolis ad turbas:
& sine parabolis non loquebatur eis: ut adim
pleretur quod dictum erat p prophetam dicen
tem: Aperiam in parabolis os meum: eructabo
abscondita a constitutione mundi.

Tunc dimissis turbis uenit in domum: & accesse
runt ad eum discipuli eius dicentes: Disserere no
bis parabolam zizanorum agri. Qui respon
dens ait: Qui seminat bonum semen: est filius
hominis. Ager autem est mundus. Bonum uero
semen hi sunt filii regni. Zizania autem filii s̄
nequam. Inimicus autem qui seminauit ea:
est diabolus. Messis uero: consummatio seli est.
Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colli
guntur zizania & igni comburuntur: sic
erit in consummatione seculi. Mittet filius
hominis angelos suos: & colligent de regno
eius omnia scandala: & eos qui faciunt in
quitatem: & mittent eos in caminum ignis:
ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti
fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.
Qui habet aures audiendi audiat.

SIMILE EST REGNVM
celorum thesauro abscondito in agro: quem
qui inuenit homo abscondit: & pre gaudio
illius uadit & uendit uniuersa que habet: & emit
agrum illum. Iterum simile est regnū celo-

homini negociatori· querenti bonas margari
tas· Inuenta autem una pretiosa margarita·
abiit & uendidit omnia que habuit & emit
eam· Iterum simile est regnum celorum sagi
ne misse in mari· & ex omni genere piscium con
greganti· Quam cum impleta esset deducentes
& sedentes· elegerunt bonos in uasa·
malos autem foras miserunt· Sic erit in con
summatione seculi· Exibunt angeli· & sepa
rabunt malos de medio iustorum· & mittent
eos in caminum ignis· ibi erit fletus & stridor
dentium· Intellexistis hec omnia· Dicunt ei·
Etiam· At illis· Ideo omnis scriba doctus in
regno celorum· similis est homini patrifamilias·
qui profert de thesauro suo noua & uetera·
Et factum est cum consummasset ihe parabo
las istas· transiit inde·

Et ueniens in patriam suam· docebat in synago
gis eorum eos· ita ut mirarentur & dicerent·
Vnde huic sapientia hac & uirtutes· Nonne
hic est fabri filius· Nonne mater eius dicitur
maria· & fratres eius iacobus & ioseph· & symon
& iudas· & sorores eius· nonne omnes apud nos
sunt· Unde ergo huic omnia ista· & scanda
lizabantur in eo·

Ihe autem dixit eis· Non est ꝓpheta sine hono
re nisi in patria sua· & in domo sua· Et non fecit

T ꝗ exlm
K II
ꝗ lvii
L xe

Sibi uirtutes multas ꝓpter incredulitatem illorũ.

IN ILLO TEMP. AVDIUIT · XIIII ·

herodes tetrarcha famam ihũ. & ait pueris suis.
Hic est iohannes baptista. ipse surrexit a mor
tuis. & ideo uirtutes operantur in eo.

T ꝗ exlm
K II
ꝗ lviii
L xii

Herodes enim tenuit iohannem & alligauit eum
& posuit in carcere. ꝓpter herodiadem uxorem
fratris sui. Dicebat enim illi iohannes. Non li
cet tibi habere eam. Et uolens illum occidere
timuit populum. quia sicut ꝓpheta eum
habebant.

T ꝗ exlv
K VI
ꝗ xl

Die autem natalis herodis saltauit filia herodiadis
in medio. & placuit herodi. Vnde cum iuramen
to pollicitus est ei dare quodcumq; postulasset
a eo. At illa premonita a matre sua. da mihi hic
inquit in disco. caput iohannis baptiste. Et con
tristatus est rex. Propter iuramentum autem &
eos qui pariter recumbebant. iussit dari. Misitq;
& decollauit iohannem in carcere. & allatum ẽ
caput eius in disco. & datum est puelle. & tulit
matri sue. Et accedentes discipuli eius tulerunt
corpus & sepelierunt illud. & uenientes nunci
auerunt ihũ.

T ꝗ exlvi
L III
L xlii
I xlvii

Quod cum audisset ihc secessit inde in nauicula
in locum desertum seorsum. Et cum audissent
turbe. secute sunt eum pedestres de ciuitatibus.
Et exiens uidit turbam multam. & misertus

est eius. & curauit languidos eorum.

Vespere autem facto. accesserunt ad eum discipuli eius
dicentes. Desertus est locus. & hora iam preterit.
dimitte turbas. ut euntes in castella emant sibi
escas. Ihe autem dixit eis. Non habent necesse ire.
date illis uos manducare. Responderunt ei. Non
habemus hic nisi quinq; panes. & duos pisces.
Qui ait eis. Afferte mihi illos huc. Et cum iussis
set turbam discumbere super fenum. acceptis quinq;
panibus & duobus piscibus aspiciens in celum be
nedixit & fregit. & dedit discipulis panes. discipli
autem turbis. Et manducauerunt omnes & satu
rati sunt. Et tulerunt reliquias duodecim cophi
nos fragmentorum plenos. Manducantium autem
fuit numerus quinq; milia uirorum exceptis
mulieribus & paruulis.

Et statim iussit discipulos suos ascendere in nau
culam & precedere eum transfretum. donec di

Et dimissa turba. ascendit in montem solus orare.
Vespere autem facto. solus erat ibi. Nauicula autem
in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim
contrarius uentus. Quarta autem uigilia noctis
uenit ad eos. ambulans super mare. Et uidentes
eum super mare ambulantem. turbati sunt dicen
tes. quia fantasma est. Et pre timore clamauerunt.
Statimq; ihe locutus est eis dicens. Habete fiduciam.

ego sum nolite timere.

Feria sexta

Respondens autem petrus dixit. Dne si tuus iube
me uenire ad te super aquas. Et ipse ait. Veni. Et
descendens petrus de nauicula ambulabat super
aquam. ut ueniret ad ihm. Videns uero uentu
ualidum timuit. Et cum cepisset mergi. clama
uit dicens. Dne saluum me fac. Et continuo
ihc extendens manum apprehendit eum. & ait
illi. Modice fidei. quare dubitasti.

Feria secunda

Et cum ascendissent in nauiculam. cessauit uentus.
Qui autem in nauicula erant. uenerunt & ad
orauerunt eum dicentes. Vere filius dei es.

Feria tertia

Et cum transfretassent. uenerunt in terram genne
sar. Et cum cognouissent eum uiri loci illius.
miserunt in uniuersam regionem illam. & obtu
lerunt ei omnes male habentes. & rogabant eum
ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent. Et
quicumq; tetigerunt salui facti sunt. XV.

Feria quarta

TUNC ACCESSERUNT AD EUM
ab ierosolimis scribe & pharisei dicentes.
Quare discipuli tui transgrediuntur traditi
onem seniorum. Non enim lauant manus suas.
cum panem manducant. Ipse autem respondens
ait illis. Quare & uos transgredimini mandati
di ppter traditionem uram. Nam ds dixit. Ho
nora patrem & matrem. & qui maledixerit patri
uel matri. morte moriatur. Uos autem dicitis.

quicumq; dixerit patri uel matri·munus quod
cumq; est ex me tibi p̃dest·& non honorifica
uit patrem suum aut matrem·& irritum fecis
tis mandatum dei p̃pter traditionem uestram·
Hypocrite·bene p̃phetauit de uobis esayas di
cens· Populus hic labiis me honorat·cor autē
eorum longe est a me·Sine causa autem colunt
me·docentes doctrinas & mandata hominum·
Et conuocatas ad se turbis dixit eis·Audite &
intellegite·Non quod intrat in os coinquinat
hominem·sed quod p̃cedit ex ore hoc coinqui
nat hominem·

Tunc accedentes discipuli eius·dixerunt ei·Scis
quia pharisei audito hoc uerbo scandalizati sūt·
At ille respondens ait·Omnis plantatio quam
non plantauit pater meus celestis·eradicabitur·
Sinite illos·ceci sunt duces cecorum·Cecus autē
si cecco ducatum prestet·ambo in fouea cadunt·
Respondens autem petrus dixit ei·
Edisserere nobis parabolam istam·At ille dixit·
Adhuc & uos sine intellectu estis·Non intellegi
tis quia omne quod in os intrat in uentrem uadit·
& in secessum emittitur·Que autem p̃cedunt
de ore de corde exeunt·& ea coinquinant homi
nem·De corde enim exeunt cogitationes male·
homicidia·adulteria·fornicationes·furta·falsa
testimonia·blasphemie·hec sunt que coinquinan

hominem· Non lotis autem manibus manduca
re non coinquinat hominem· Et Egressus inde
ih̄c· secessit in partes tyri & sydonis· Et ecce mu
lier chananea a finibus illis egressa· clamauit
dicens ei· Miserere mei dn̄e fili dauid· filia mea
male a doemonio uexatur· Qui non respondit ei
uerbum· Et accedentes discipuli eius rogabant
eum dicentes· Dimitte eam· quia clamat post nos·
M clviii V L ccxxvi Ipse autem respondens ait· Non sum missus·
nisi ad oues que perierunt domus israhel·
M clviiii VI M lxxiii At illa uenit· & adorauit eum dicens· Dn̄e adiuua
me· Qui respondens ait· Non est bonum sumere
panem filiorum· & mittere canibus· At illa dixit·
Etiam dn̄e· nam & catelli edunt de micis quae
cadunt de mensa dominorum suorum· Tunc
respondens ih̄c ait illi· O mulier· magna est fides
tua· fiat tibi sicut uis· Et sanata est filia eius
ex illa hora·
M clx VI M lxxvi Et cum transisset inde ih̄c uenit secus mare galilee·
Et ascendens in montem sedebat ibi· Et acces
serunt ad eum turbe multe· habentes secum
mutos· surdos· claudos· cecos· debiles· & alios
multos· Et proiecerunt eos ad pedes eius· & cura
uit eos ita ut turbe mirarentur· uidentes mutos
loquentes· claudos ambulantes· cecos uidentes·
& magnificabant dm̄ israhel· ·XVI·

IHS AUTEM CONVOCATIS

discipulis suis dixit·Misereor turbe·quia triduo
iam persistunt mecum·& non habent quod man
ducent·Et dimittere eos ieiunos nolo·ne defi
ciant in via·Et dicunt ei discipuli·Unde q̃
nobis in deserto panes tantos ut saturemus tur
bam tantam? Et ait illis iesus·Quot panes ha
betis? At illi dixerunt·Septem·& paucos pisci
culos·Et precepit turbe ut discumberent sup
terram·Et accipiens iesus septem panes & pisces·
& gratias agens fregit & dedit discipulis suis·
& discipuli dederunt populo·Et comederunt
omnes·& saturati sunt·Et quod supfuit de frag
mentis·tulerunt septem sportas plenas·Erant
autem qui manducaverunt quatuor milia ho
minum·extra parvulos & mulieres·Et dimissa
turba ascendit in naviculam·& venit in fines
magedan·

Et accesserunt ad eum pharisei & saducei tempten
tes·& rogaverunt eum ut signum de celo osten
deret eis·

At ille respondens ait eis·Facto vespere dicitis serenum erit·rubicundum est enim celum·& mane
hodie tempestas·rutilat enim triste celum·
Faciem ergo celi diiudicare nostis·signa autem
temporum non potestis·

Generatio mala & adultera signum querit·& signum
non dabitur ei·nisi signum Ionę·Et relictis

illisabitt· Et cum uenissent discipuli trans
fretum· oblitisunt panes accipere·

Y Ꝑ elxxv
X II
Ꝑ lxxxvm
L exlvm

Qui dixit illis· Intuemini & cauete afermento
phariseorum· & saduceorum·

Y Ꝑ elxxv
X VI
Ꝑ lxxx

At illi cogitabant inter se dicentes· quia panes
non accepimus· Sciens autem ihc dixit· Quid
cogitatis inter uos modicefidei quia panes non
habetis· Nondum intellegitis neq; recordamini
quinq; panum & quinq; milium hominum·
& quot cophinos sumpsistis· neq; septem panum·
& quatuor milium hominum· & quot sportas
sumpsistis· Quare non intellegitis quia non de
pane dixi uobis· cauete afermento phariseorum
& saduceorum· Tunc intellexerunt quia non
dixerit cauendum afermento panum· sed
a doctrina phariseorum & saduceorum·

UENIT AUTEM IHC IN PARTES
cesarte philippi· & interrogauit discipulos
suos dicens· Quem dicunt homines esse filium
hominis· At illi dixerunt· Alii iohannem babtis
tam· alii autem heliam· alii uero hieremiam· aut
unum expphetis· Dicit illis ihc· Uos autem que
me esse dicitis· Respondens symon petrus dixit·
Tues xpe filius di uiui·

Y Ꝑ exlvm
X
Salus

Respondens autem ihc dixit ei· Beatus es symon
bariona· quia caro & sanguis non reuelauit tibi·
sed pater meus qui in celis est· Et ego dico tibi·

quia tuꝰ petrus· & supha ne petram ꝯdificabo
ecclesiam meam· & porte inferi non prualebunt
aduersus eam· Et tibi dabo claues regni celorum·
Et quodcumq; ligaueris super terram erit ligatum
& in celis· & quodcumq; solueris super terram erit
solutum & in celis·

Feria V Septuagesime Lectio

Tunc precepit discipulis suis ut nemini dicerent·
quia ipse esset ihꝰ xpꝰ· Exinde cepit ihꝰ ostendere
discipulis suis· quia oportebat eum ire hierosoli
mam· & multa pati a senioribus & scribis & prin
cipibus sacerdotum· & occidi· & tertia die resurgere·

Feria VI Septuagesime

Et assumens eum petrus cepit increpare illum di
cens· Absit a te dñe· non erit tibi hoc· Qui con
uersus dixit petro· Uade post me satanas· scanda
lum es mihi· quia non sapis ea quę dei sunt· sed ea
quae hominum·

Feria II Septuagesime Lectio

Tunc ihꝰ dixit discipulis suis· Siquis uult post me
uenire abneget semetipsum· & tollat crucem suam
& sequatur me· Qui enim uoluerit animam suam
saluam facere· perdet eam· Qui autem pdiderit
animam suam ꝓpter me· inueniet eam· Quid
enim pdest homini si mundum uniuersum lu
cretur· animę uero suę detrimentum patiatur·

Feria III Septuagesime Lectio

Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua·
Filius enim hominis ueniturus est in gloria patris
sui cum angelis suis· & tunc reddet unicuiq; secdm
opera ei·

Amen dico uobis: sunt quidam de hic stantibus
qui non gustabunt mortem · donec uideant filiũ
hominis uenientem in regno suo · XVII ·

ET POST DIES SEX ·

assumit ihc petrum & iacobum & iohan
nem fratrem eius · & ducit illos in montem excel
sum seorsum · & transfiguratus est ante eos · Et
resplendunt facies eius sicut sol · uestimenta autẽ
eius facta sunt alba sicut nix · Et ecce apparuit
illis moyses & helias · cum eo loquentes · Respon
dens autem petrus dixit ad iesum · Domine · bonum
est nos hic esse · si uis faciamus hic tria taberna
cula · tibi unum · & moysi unum · & helie unum ·
Adhuc eo loquente · ecce nubes lucida obumbra
uit eos · Et ecce uox de nube dicens · Hic est filius
meus dilectus in quo mihi bene complacuit · ipsum
audite · Et audientes discipuli ceciderunt in
faciem suam · & timuerunt ualde · Et accessit
ihc & tetigit eos · dixitque eis · Surgite & nolite
timere · Leuantes autem oculos suos neminem
uiderunt · nisi solum ihm · Et descendentibus
illis de monte · precepit ihc dicens · Nemini dixe
ritis uisionem · donec filius hominis a mortuis
resurgat ·

Et interrogauerunt eum discipuli dicentes · Quid
ergo scribe dicunt quod helyam oportet primũ

uenire. At ille respondens ait eis. Helias quidem
ueniturus est. & restituet omnia. Dico autem uobis
quia helias iam uenit. & non cognouerunt eum.
sed fecerunt in eo quecumq; uoluerunt. Sic & filius
hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt
discipuli. quia de iohanne baptista dixisset eis.

Dominica xi post Pentecosten Lectio

Et cum uenisset ad turbam. accessit ad eum homo
genibus ploluens ante eum dicens. Domine miserere
filio meo quia lunaticus est. & male patitur. Nam
sepe cadit in ignem. & crebro in aquam. Et obtu
li eum discipulis tuis. & non potuerunt curare eum.
Respondens ihesus ait. O generatio incredula & p
uersa. quousque ero uobiscum. usq; quo patiar uos.
Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum ihesus
& exiit ab eo demonium. Et curatus est puer ex
illa hora.

Dominica xv post Pentecosten Lectio

Tunc accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes.
Quare nos non potuimus eicere illum. Dicit illis.
Propter incredulitatem uestram. Amen quippe dico
uobis. si habueritis fidem sicut granum sinapis. di
cetis monti huic. transi hinc. & transibit. & nihil
impossibile erit uobis. Hoc autem genus non eicit
nisi per orationem & ieunium.

Dominica xii post Pentecosten Lectio

Conuersantibus autem eis in galilea. dixit illis ihesus.
Filius hominis tradendus est in manus hominum.
& occident eum. & tertio die resurget. Et contris

tati sunt uehementer.

Et cum uenissent capharnaum · accesserunt qui didragma accipiebant ad petrum · & dixerunt ei. Magister uester non solut didragma? Ait · etiam. Et cum intrasset in domum · preuenit eum ihc dicens · Quid tibi uidetur symon? reges terre a qui bus accipiunt tributum uel censum · a filiis suis an ab alienis? Et ille dixit · Ab alienis. Dixit illi ihc · Ergo liberi sunt filii. Vt autem non scandali zemus eos · uade ad mare & mitte hamum · & cum piscem qui primus ascenderit tolle · & aperto ore eius inuenies statirem · illum sumens da eis pro me & tu.

In illa hora accesserunt · V VIII · ad ihm discipuli dicentes · Quis putas maior est in regno celorum? Et aduocans ihc paruulum statuit eum in medio eorum & dixit · Amen dico uobis · nisi conuersi fueritis & efficamini sicut paruuli · non intrabitis in regnum celorum · Qui cumq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste hic est maior in regno celorum · Et qui susceperit unum paruulum talem in nomine meo · me suscipit.

Qui autem scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me credunt · expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius · & demergatur in profundum maris. Vae mundo a scandalis · Necesse est

enim ut ueniant scandala. Verumtamen uę ho
mini p quem scandalum uenit. Si autem ma
nus tua uel pes tuus scandalizat te abscide eum
& pice abste. Bonum tibi est aduitam ingredi
debilem uel claudum. quam duas manus uel
duos pedes habentem mitti in ignem eternum.
Et si oculus tuus scandalizat te. erue eum & pi
ce abste. Bonum tibi est cum uno oculo in uita
intrare. quam duos oculos habentem mitti in
gehennam ignis.

Tractus
Solus

Uidete ne contemnatis unum ex his pusillis. Di
co enim uobis. quia angeli eorum in celis semp
uident faciem patris mei qui in celis est. Uenit
enim filius hominis saluare quod perierat.

Tractus
Letanus

Quid uobis uidetur si fuerint alicui centum oues.
& errauerit una ex eis. Nonne relinquit nonagin
ta nouem in montibus. & uadit quaerere eam que
erraurit. Et si contigerit ut inueniat eam. amen
dico uobis. quia gaudebit super eam magis quam
super nonaginta nouem que non erraurerunt. Sic
non est uoluntas ante patrem uestrum qui in celis est
ut pereat unus de pusillis istis.

Tractus
Letanus

Si autem peccauerit in te frater tuus. uade & corri
pe eum inter te. & ipsum solum. Si te audierit. lu
cratus eris fratrem tuum.

Tractus
Solus

Si autem non te audierit. adhibe tecum adhuc unu

uel duos· ut in ore duorum testium uel trium stet
omne uerbum· Quod si non audierit eos· dic ecclesie·
Si autem ecclesiam non audierit· sit tibi sicut ethnicus & publicanus·

Feria v. Lectio vii

Amen dico uobis· quecumq; alligaueritis super terram
erunt ligata & in celo· Et quecumq; soluueritis super
terram· erunt soluta & in celo·

Feria vi. Solus

Iterum dico uobis· quia si duo consenserint ex uobis
super terram de omni re quamcumq; petierint· fiet
illis a patre meo qui in celis est· Ubi enim sunt duo
uel tres congregati in nomine meo· ibi sum in
medio eorum·

Feria vii. Lectio viii

Tunc accedens petrus ad eum dixit· Domine· quotiens
peccauerit in me frater meus· & dimittam ei usq;
septies· Dicit illi ihesus· Non dico tibi usq; septies· sed
usq; septuagies septies·

Feria viii. Solus

Ideo assimilatum est regnum celorum homini regi·
qui uoluit rationem ponere cum seruis suis· Et
cum cepisset rationem ponere· oblatus est ei unus
qui debebat decem milia talenta· Cum autem non
haberet unde redderet· iussit eum dominus uenun
dari· & uxorem eius & filios· & omnia que habebat
& reddi· Procidens autem seruus ille· rogabat eum
dicens· Patientiam habe in me· & omnia reddam
tibi· Misertus autem dominus serui illius dimisit
eum· & debitum dimisit ei· Egressus autem seruus

ille· inuenit unum de conseruis suis qui debebat
ei centum denarios· Et tenens· suffocabat eum
dicens· Redde quod debes· Et ꝓcidens conser-
uus eius· rogabat eum dicens· Patientiam habe
in me· & omnia reddam tibi· Ille autem noluit·
sed abiit & misit eum in carcerem· donec redderet
debitum· Videntes autem conserui eius quę fie
bant· contristati sunt ualde· Et uenerunt· &
narrauerunt domino suo omnia quę facta fuerant·
Tunc uocauit illum dominus suus· & ait illi·
Serue nequam· omne debitum dimisi tibi· quo
rogasti me· Non ergo oportuit & te misereri
conserui tui· sicut & ego tui misertus sum·
Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus·
quoadusq: redderet uniuersum debitum· Sic &
pater meus cęlestis faciet uobis· si non remiserit
unusquisq: fratri suo de cordibus uestris·

Et factum est cum consummasset ihc sermones istos·
migrauit a galilea· & uenit in fines iudę transior
danen· & secutę sunt eum turbę multę· & curauit
eos ibi· Et accesserunt ad eum pharisei temptantes
eum & dicentes· Si licet homini dimittere uxorem
suam quacumq: ex causa· Qui respondens ait eis·
Non legistis quia qui fecit ab initio masculum
& feminam fecit eos· & dixit· Propter hoc di
mittet homo patrem & matrem· & adherebit

uxori suę. & erunt duo in carne una. Itaq; iam
non sunt duo sed una caro. Quod ergo ds con
iunxit homo non separet. Dicunt illi. Quid ergo
moyses mandauit dare libellum repudii. & di
mittere. Ait illis. Quoniam moyses ad duriciam
cordis uri pmisit uobis dimittere uxores uestras.
ab initio autem non sic fuit.

Dico autem uobis. quia quicumq; dimiserit uxo
rem suam nisi ob fornicationem & aliam duxerit.
mechatur. Et qui dimissam duxerit mechatur.

Dicunt ei discipuli eius. Si ita est causa hominis
cum uxore. non expedit nubere. Qui dixit. Non
omnes capiunt uerbum istud. sed quibus datũ ē.
Sunt enim eunuchi qui de matris utero sic nati
sunt. Et sunt eunuchi qui facti sunt ab homini
bus. Et sunt eunuchi qui se ipsos castrauerunt
pptr regnum ęlorum. Qui potest capere capiat.

Tunc oblati sunt ei paruuli ut manus eis imponeret
& oraret. Discipuli autem increpabant eos. Ihe
uero ait eis. Sinite paruulos & nolite eos phibere
ad me uenire. talium est enim regnum ęlorum.
Et cum imposuisset eis manus abiit inde.

Et ecce unus accedens ait illi. Magister bone. quid
boni faciam ut habeam uitam aeternam. Qui
dixit ei. Quid me interrogas de bono. Unus est bo
nus ds. Si autem uis ad uitam ingredi. serua man

data. Dicit illi. Quę. Ihc autem dixit. Non homi
cidium facies. non adulterabis. non furtum facies.
non falsum testimonium dices. honora patrem &
matrem. & diliges proximum tuum sicut teipsum.
Dicit illi adolescens. Omnia hęc custodiui. quid
adhuc mihi deest.

Y Dominica II Quadragesima Lectio sola

Ait illi Ihc. Si uis perfectus esse. uade uende quę habes
& da pauperibus. & habebis thesaurum in cęlo. &
ueni sequere me.

Y Dominica III Quadragesima Lectio

Cum audisset autem adolescens uerbum abiit tristis.
erat enim habens multas possessiones. Ihc autem
dixit discipulis suis. Amen dico uobis. quia
diues difficile intrabit in regnum cęlorum. Et
iterum dico uobis. Facilius est camelum per foramen
acus transire. quam diuitem intrare in regnum
cęlorum. Audientes autem hi discipuli. mirabantur
ualde dicentes. Quis ergo poterit saluus esse. Aspi
ciens autem Ihc dixit illis. Apud homines hoc im
possibile est. apud dm autem omnia possibilia sunt.
Tunc respondens petrus dixit ei. Ecce nos reliqui
mus omnia & secuti sumus te. quid ergo erit nobis.

Y Dominica IV Quadragesima

Ihc autem dixit illis. Amen dico uobis. quod uos
qui secuti estis me. in regeneratione cum sederit fi
lius hominis in sede maiestatis suę. sedebitis & uos
super sedes duodecim. iudicantes duodecim tribus israel.

Y Dominica V Quadragesima Lectio

Et omnis qui reliquit domum uel fratres aut sorores

aut patrem aut matrem aut uxorem · aut filios aut
agros ꝓpter nomen meum · centuplum accipiet ·
& uitam æternam possidebit · · X · X ·

T. Ꝑ. exxxm
Ꝑ. II exxi
L. elxxxm

MVLTI AVTEM PRIMI ERVNT
nouissimi · & nouissimi primi ·

T. Ꝑ. ee
Salue

SIMILE EST ENIM REGNVM CELORVM HOMINI PA
tri familias · qui exiit primo mane conducere ope
rarios in uineam suam · Conuentione autem fac
ta cum operariis ex denario diurno · misit eos in
uineam suam · Et egressus circa horam tertiam ·
uidit alios stantes in foro ociosos · & illis dixit · Ite
& uos in uineam · & quod iustum fuerit dabo uobis ·
Illi autem abierunt · Iterum autem exiit circa
sextam & nonam horam · & fecit similiter · Circa
undecimam uero exiit · & inuenit alios stantes ·
& dicit illis · Quid hic statis tota die ociosi · Dicunt
ei · Quia nemo nos conduxit · Dicit illis · Ite & uos
in uineam · Cum sero autem factum esset · dicit do
minus uineæ pecuratori suo · Voca operarios · & redde
illis mercedem · incipiens a nouissimis usq; ad pri
mos · Cum uenissent ergo qui circa undecimam
horam uenerant · acceperunt singulos denarios ·
Uenientes autem & primi arbitrati sunt quod
plus essent accepturi · Acceperunt autem & ipsi
singulos denarios · Et accipientes murmurabant
aduersus patrem familias dicentes · Hi nouissimi

una hora fecerunt · & pares illos nobis fecisti · qui
portauimus pondus diei & estus · ⁊ At ille respon
dens unum eorum dixit · Amice · non facio tibi in
iuriam · Nonne ex denario conuenisti mecum ·
Tolle quod tuum est & uade · Volo autem & huic
nouissimo dare · sicut & tibi · ⁊ Aut non licet mihi
quod uolo facere · An oculus tuus nequam est ·
quia ego bonus sum · Sic erunt nouissimi primi ·
& primi nouissimi · Multi enim sunt uocati · pauci
uero electi ·

Feria III post Pasca

Et ascendens ihc hierosolimam · assumpsit duode
cim discipulos secreto · & ait illis · Ecce ascendimus
hierosolimam · & filius hominis tradetur princi
pibus sacerdotum & scribis · & condemnabunt
eum morte · & tradent eum gentibus ad deluden
dum · & flagellandum · & crucifigendum · & die
tertia resurget ·

Feria VI post Pasca

Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedei cum
filiis suis · adorans & petens aliquid abeo · Qui dixit
ei · Quid uis · ⁊ Ait illi · Dic ut sedeant hi duo filii mei
unus ad dexteram tuam · & unus ad sinistram tuam
in regno tuo · Respondens autem ihc dixit · Nescitis
quid petatis · Potestis bibere calicem quem ego bi
bituus sum · Dicunt ei · Possumus · Ait illis · Cali
cem quidem meum bibetis · sedere autem ad dexte
ram meam & sinistram non est meum dare uobis ·

sed quibus paratum est a patre meo.

Feria II Dominica Lectio

Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus. Ihc autem uocauit eos ad se & ait. Scitis quia principes gentium dominantur eorum. & qui maiores sunt potestatem exercent in eos. Non erit ita inter uos. sed quicumq; uoluerit inter uos maior fieri. sit uester minister. Et qui uoluerit inter uos primus esse. erit uester seruus.

Feria III Dominica I xci & cxxxv

Sicut filius hominis non uenit ministrari sed ministrare. & dare animam suam redemptionem pro multis.

Feria IV Dominica Lectio xxxiii

Et egredientibus illis ab iericho. secuta est eum turba multa. Et ecce duo cęci sedentes secus uiam audierunt quia ihc transiret. & clamauerunt dicentes. Dne miserere nri fili dauid. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant dicentes. Dne miserere nri. fili dauid. Et stetit ihc. & uocauit eos & ait. Quid uultis ut faciam uobis. Dicunt illi. Dne. ut aperiantur oculi nri. Misertus autem eorum ihc. tetigit oculos eorum. Et continuo uiderunt. & secuti sunt eum.

Feria V Dominica II Dominica Lectio xxxiii

X. XI.

Et cum adpropinquassent iero solimis & uenissent bethfage ad montem oliueti tunc ihc misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellum quod contra uos est. & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea. solite & adducite mihi. Et si quis uobis aliquid dixerit. dicite

quia dñs his opus habet · & confestim dimittet eos ·

Dominica VII

Hoc autem factum est · ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem · Dicite filie syon · ecce rex tuus uenit tibi mansuetus · sedens super asinam & pullum filium subiugalis ·

Dominica II Dominica Lectione

Euntes autem discipuli · fecerunt sicut precepit illis ihc · Et adduxerunt asinam & pullum · & imposuerunt super eos uestimenta sua · & eum desuper sedere fecerunt · Plurima autem turba · strauerunt uestimenta sua in uia · Alii autem cedebant ramos de arboribus · & sternebant in uia ·

Dominica II Dominica Lectione I

Turbe autem que precedebant · & que sequebantur · clamabant dicentes · Osanna filio dauid · benedictus qui uenit in nomine dñi · osanna in altissimis ·

Dominica V Solve

Et cum intrasset ierosolimam · commota est uniuersa ciuitas dicens · Quis est hic · Populi autem dicebant · Hic est ihc propheta · a nazareth galilee ·

Dominica II Dominica Lectione I

Et intrauit ihc in templum di · & eiiciebat omnes uendentes & ementes in templo · & mensas nummulariorum & kathedras uendentium columbas euertit · & dicit eis · Scriptum est · domus mea domus orationis uocabitur · Vos autem fecistis illam speluncam latronum ·

Dominica Solve

Et accesserunt ad eum ceci & claudi in templo · & sanati sunt eos ·

Dominica V Lectione

Videntes autem principes sacerdotum mirabilia que fecit · & pueros clamantes in templo & dicentes · & scribe

osanna filio dauid · indignati sunt · & dixerunt ei ·
Audis quid isti dicunt · Hic autem dixit eis · Vtiq;
Numquam legistis quia ex ore infantium & lactan
tium perfecisti laudem ·

Y ccc xxiiii
K vi
D c xx

Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in bethaniam ·
ibiq; mansit · Mane autem reuertens in ciuitatem ·
esurit · Et uidens fici arborem unam secus uiam ·
uenit ad eam · & nihil inuenit in ea nisi folia tantum ·
& ait illi · Numquam ex te fructus nascatur in sem
piternum · Et arefacta est continuo ficulnea · Et
uidentes discipuli · mirati sunt dicentes · Quomodo
continuo aruit ·

Y ccc xv
K vi
D cxxiiii

Respondens autem ihesus ait eis · Amen dico uobis · si ha
bueritis fidem & non hesitaueritis · non solum de fi
culnea facietis · sed & si monti huic dixeritis · tolle &
iacta te in mare · fiet ·

Y ccc xvi
K iiii
D cxxv
I el & cxx viii

Et omnia quecumq; petieritis in oratione credentes ·
accipietis ·

Y ccc xvii
K ii
D cxxvi
L xxxl

Et cum uenisset in templum · accesserunt ad eum do
centem principes sacerdotum & seniores populi di
centes · In qua potestate hec facis · & quis tibi dedit
hanc potestatem · Respondens ihesus dixit eis · Interro
gabo uos & ego unum sermonem · quem si dixeri
tis mihi · & ego uobis dicam · in qua potestate hec
facio · Baptismum iohannis unde erat · celo · an ex
hominibus · Et illi cogitabant in se dicentes ·

Si dixerimus celo dicet nobis· Quare ergo non cre
didistis illi· Si autem dixerimus ex hominibus·
timemus turbam· Omnes enim habebant iohannem
sicut ꝓphetam· Et respondentes ihu dixerunt·
Nescimus· Et illis ait ipse· Nec ego dico uobis in
qua potestate hec facio·

Quid autem uobis uidetur· Homo quidam habe
bat duos filios· & accedens ad primum dixit· Fili
uade hodie operare in uinea mea· Ille autem respon
dens ait· Nolo· Postea autem penitentia ductus
abiit· Accedens autem ad alterum· dixit similiter·
Et ille respondens ait· Eo domine· Et non iuit·
Quis ex duobus fecit uoluntatem patris· Dicunt·
Primus· Dicit illis ihe· Amen dico uobis· quia pub
licani & meretrices precedunt uos in regno di·
Uenit autem ad uos iohannes in uia iustitie· & non
credidistis ei· publicani autem & meretrices credi
derunt ei· Vos autem uidentes nec penitentiam
habuistis postea ut crederetis ei·

XXII·

Aliam parabolam audite· Homo erat pater famili
as qui plantauit uineam· & sepem circumdedit
ei· & fodit in ea torcular· & edificauit turrim· &
locauit eam agricolis· & peregre profectus est· Cum
autem tempus fructuum appropinquasset· misit seruos suos
ad agricolas· ut acciperent fructus eius· Et agrico
le apprehensis seruis eius alium ceciderunt· alium

occiderunt·alium uero lapidauerunt·Iterum mi
sit alios seruos plures prioribus·& fecerunt illis sim
iliter·Nouissime autem misit ad eos filium suum
dicens·Verebuntur filium meum·Agricole autem
uidentes filium·dixerunt inter se·Hic est heres·
uenite occidamus eum·& habebimus hereditatem
eius·Et apprehensum eum eiecerunt extra uineam·
& occiderunt·Cum ergo uenerit dominus uinee·
quid faciet agricolis illis·Aiunt illi·Malos ma
le perdet·& uineam locabit alis agricolis·qui
reddant ei fructum temporibus suis·Dicit illis
ihe·Numquam legistis in scripturis·Lapidem
quem reprobauerunt edificantes·hic factus est in
caput anguli·A dño factum est istud·& est mirabi
le in oculis nris·Ideo dico uobis·quia auferetur
a uobis regnum dei·& dabitur genti facienti fruc
tus eius·Et qui ceciderit super lapidem istum con
fringetur·Super quem uero ceciderit·conteret eum·

Dominica iii
Dominica
i Iesuuin

Et cum audissent principes sacerdotum & pharisei
parabolas eius·cognouerunt quod de ipsis diceret·
Et querentes eum tenere timuerunt turbas·quo
niam sicut pphetam eum habebant·

Dominica
v
Lelaxes

Et respondens ihe·dixit iterum in parabolis eis di
cens·Simile factum est regnum celorum homini
regi·qui fecit nuptias filio suo·Et misit seruos suos
uocare inuitatos ad nuptias·& nolebant uenire·

Iterum misit alios seruos dicens: Dicite inuitatis:
ecce prandium meum paraui: tauri mei & alti
lia occisa: & omnia parata: uenite ad nuptias:
Illi autem neglexerunt: & abierunt alius in uil
lam suam: alius uero ad negotiationem suam:
Reliqui uero tenuerunt seruos eius: & contume
lias affecto: occiderunt: Rex autem cum audis
set iratus est: & missis exercitibus suis pdidit homi
cidas illos: & ciuitatem illorum incendit: Tunc
ait seruis suis: Nuptie quidem parate sunt: sed
qui inuitati erant non fuerunt digni: Ite ergo
ad exitus uiarum: & quoscumq; inueneritis uoca
te ad nuptias: Et egressi serui eius in uias: congre
gauerunt omnes quos inuenerunt malos & bo
nos: & impleta sunt nuptie discumbentium:

Decima Sexta

Intrauit autem rex ut uideret discumbentes: &
uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali:
& ait illi: Amice quomodo huc intrasti non habens
ueste nuptialem: At ille obmutuit: Tunc dixit
rex ministris: Ligatis manibus eius & pedibus:
mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus
& stridor dentium: Multi enim sunt uocati: paucI
uero electi: XXIII:

Decima Septima Lectio

UNC ABEUNTES PHARISEI
consilium inierunt: ut caperent ihm in sermo
ne: Et mittunt ei discipulos suos: cum herodianis

dicentes: Magister: scimus quia verax es: & viam di
mucentis doces: & non est tibi cura de aliquo: Non
enim respicis personam hominum: Dic ergo nobis: qd
tibi videtur: licet censum dare cesari an non: Cog
nita autem ihc nequitia eorum ait: Quid me temp
tatis hipocrite: ostendite mihi nomisma census:
At illi obtulerunt ei denarium: Et ait illis ihc:
Cuius est imago hec & superscriptio: Dicunt ei: Ce
saris: Tunc ait illis: Reddite ergo que sunt cesaris
cesari: & que sunt di do: Et audientes mirati sunt:
& relicto eo abierunt: In illo die accesserunt ad eum
saducei qui dicunt non esse resurrectionem: & in
terrogauerunt eum dicentes: Magister: moyses
dixit: siquis mortuus fuerit non habens filium:
ut ducat frater eius uxorem illius: & suscitet semen
fratri suo: Erant autem apud nos septem fratres: &
primus uxore ducta defunctus est: & non habens
semen reliquit uxorem suam fratri suo: Similiter
secundus & tertius: usq; ad septimum: Nouissime
autem omnium: & mulier defuncta est: In resurrec
tione ergo: cuius erit de septem uxor: omnes enim
habuerunt eam: Respondens autem ihc: ait illis:
Errastis nescientes scripturas: neq; uirtutem di: In re
surrectione enim neq; nubent neq; nubentur: sed
sunt sicut angeli di in celo: De resurrectione autem
mortuorum non legistis quod dictum est a do di

cerit uobis· Ego sum ds abraham & ds ysaac· & ds
iacob· Non est ds mortuorum· sed uiuentium·
Et audientes turbe· mirabantur in doctrina eius·

Y Dominica
I VI
Dexter

Pharisei autem audientes quod silentium imposuis
set saducei· conuenerunt in unum· Et interroga
uit eum unus ex eis legis doctor· tentans eum·
Magister· quod est mandatum magnum in legē?
Ait illi ihū· Diliges dnm dm tuum ex toto corde tuo·
& in tota mente tua· & in tota anima tua· Hoc est
maximum· & primum mandatum· Secundum
autem simile est huic· Diliges pximum tuum· sicut
te ipsum· In his duobus mandatis· uniuersa lex
pendet & pphete·

Y Dexter
II Dominica
Letare

Congregatis autem pharisei· interrogauit eos ihū
dicens· Quid uobis uidetur de xpo· cuius filius ē?
Dicunt ei· David· Ait illis· Quomodo ergo daud
in spu uocat eum dnm dicens? Dixit dns dno meo
sede a dextris meis· donec ponam inimicos tuos sca
bellum pedum tuorum·

Y Dominica
III Dominica
Letare

Si ergo daud uocat eum dnm· quomodo filius eius
est? Et nemo poterat respondere ei uerbum· neq;
ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius
interrogare·

Y Dominica
IV
Solve

Tunc ihū locutus est ad turbas· & ad discipulos suos
dicens· Super kathedram moysi· sederunt scribe &
pharisei· Omnia ergo quecumq; dixerint uobis

seruate & facite · secundum opera uero eorum · no
lite facere · Dicunt enim · & non faciunt ·

Alligant autem onera grauia & inportabilia &
imponunt in humeros hominum · digito autem
suo nolunt ea mouere ·

Omnia uero opera sua faciunt · ut uideantur abho
minibus · Dilatant enim filacteria sua · & magnifi
cant fimbrias · Amant autem primos recubitus
in cenis · & primas kathedras in synagogis · & salu
tationes in foro · & uocari ab hominibus rabbi ·

Vos autem nolite uocari rabbi · Vnus est enim magis
ter uester · omnes autem uos fratres estis · Et patrem
nolite uocare uobis super terram · unus est enim pa
ter uester qui in celis est · Nec uocemini magistri ·
quia magister uester unus est xpc ·

Qui maior est urm · erit minister uester · Qui autem
se exaltauerit humiliabitur · & qui se humiliaue
rit exaltabitur ·

XXIIII ·

HEAV TEM UOBIS SCRIBE
& pharisei hypocrite · quia clauditis reg
num celorum ante homines · Uos enim non intra
tis · nec introeuntes sinitis intrare ·

Uae uobis scribe & pharisei hypocrite · qui circumis
mare & aridam ut faciatis unum prselitum · & cu
fuerit factus · facitis eum filium gehenne duplo
quam uos · Vae uobis duces cci · qui dicitis · quicuq;

iurauerit p templum nihil est · qui autem iurauerit
in auro templi debet · Stulti & cęci · quid enim maius
est · aurum an templum quod sanctificat aurum · Et
quicumq; iurauerit in altari nihil est · quicumq;
autem iurauerit in dono quod est super illud debet ·
Cęci · quid enim maius est · donum an altare quod
sanctificat donum · Qui ergo iurat in altari · iurat in eo
& in omnibus quę super illud sunt · Et qui iurauerit
in templo · iurat in illo & in eo qui habitat in ipso ·
Et qui iurat in cęlo iurat in throno dei · & in eo qui
sedet super eum ·

Dominica V Lectio

Vae uobis scribę & pharisei hypocritę · qui decimatis
mentam & anetum & cuminum · & reliquistis quę
grauiora sunt legis · iudicium & misericordiam &
fidem · Hęc oportuit facere · & illa non omittere ·

Dominica V Sexta

Duces cęci · excolantes culicem · camelum
autem glutientes ·

Dominica V Lectio

Vae uobis scribę & pharisei hypocritę · qui mundatis
quod deforis est calicis & parapsidis · intus autem
plenę estis rapina & immundicia · Pharisee cęce · mun
da prius quod intus est calicis & parapsidis · ut fiat
& id quod deforis est mundum ·

Dominica V Lectio

Vae uobis scribę & pharisei hypocritę · quia similes estis
sepulchris dealbatis · quę aforis parent hominibus
speciosa · intus uero plena sunt ossibus mortuorum
& omni spurcicia · Sic & uos aforis quidem paretis

hominibus iusti · intus autem pleni estis hypocrisi
& iniquitate ·

Ve uobis scribe & pharisei hypocrite · qui edificatis
sepulchra pphetarum · & ornatis monumenta ius
torum · & dicitis · Si fuissemus in diebus patrum
nrorum · non essemus socii eorum in sanguine pro
phetarum · Itaq: testimonio estis uobis metipsis
quia filii estis eorum qui pphetas occiderunt ·

Et uos implete mensuram patrum nrorum · Serpen
tes generimina uiperarum · quomodo fugietis
a iudicio gehenne ·

Ideo Ecce ego mitto ad uos pphetas & sapientes
& scribas · & ex illis occidetis & crucifigetis · & ex eis
flagellabitis in synagogis uris · & persequemini de
ciuitate in ciuitatem · ut ueniat super uos omnis san
guis iustus qui effusus est super terram a sanguine abel
iusti usq: ad sanguinem Zacharie filii barachie ·
quem occidistis inter templum & altare · Amen di
co uobis · uenient hec omnia super generationem
istam ·

HIERVSALEM HIERVSALEM
qui occidis pphetas & lapidas eos qui ad
te missi sunt · quotiens uolui congregare filios tuos
quemadmodum gallina congregat pullos suos
sub alas · & noluisti · Ecce relinquetur uobis domus
uestra deserta · Dico enim uobis · non me uidebitis

amodo · donec dicatis · Benedictus qui uenit in
nomine dñi ·

Dominica II Quadragesime Lectio secundum

Et egressus ihc de templo ibat · Et accesserunt disci
puli eius ut ostenderent ei aedificationes templi ·
Ipse autem respondens dixit illis · Videtis hæc omnia ·
Amen dico uobis · non relinquetur hic lapis super
lapidem qui non destruatur ·

Dominica III Quadragesime Lectio secundum

Sedente autem eo super montem oliueti · accesserunt
ad eum discipuli secreto dicentes · Die nobis quan
do hæc erunt · & quod signum aduentus tui & con
summationis seculi · Et respondens ihc dixit eis ·
Uidete ne quis uos seducat · Multi enim uenient in
nomine meo dicentes · ego sum xpc · & multos sedu
cent · Audituri enim estis prelia & opiniones prelio
rum · Uidete ne turbemini · Oportet enim hæc fieri · sed n
dum est finis · Consurget enim gens in gentem · &
regnum in regnum · & erunt pestilentiæ & fames · &
terræ motus per loca · Hæc autem omnia · initia s dolo
rum ·

Dominica IV Quadragesime Lectio sancti

Tunc tradent uos in tribulationem · & occident uos ·
Et eritis odio omnibus gentibus · propter nomen meum ·
Et tunc scandalizabuntur multi · & inuicem tradent ·

Dominica V Quadragesime

& odio habebunt inuicem · Et multi pseudoprophetæ
surgent · & seducent multos · Et quoniam abunda
uit iniquitas · refrigescet caritas multorum · Qui
autem perseuerauerit usq: in finem · hic saluus erit ·

Dominica VI

Et predicabitur hoc euangelium regni in uniuerso

orbe · in testimonium omnibus gentibus · & tunc
ueniet consummatio · Cum ergo uideritis abomi
nationem desolationis que dicta est ad ambiete p
phetam stantem in loco sco · Qui legit intellegat ·
Tunc qui in iudea sunt fugiant ad montes · & qui
in tecto · non descendat tollere aliquid de domo sua ·
& qui in agro · non reuertatur tollere tunicam suam ·
Uae autem pregnantibus & nutrientibus
in illis diebus ·
Orate autem · ut non fiat fuga uestra hieme uel sabbato ·
Erit enim tunc tribulatio magna · qualis non fuit
ab initio mundi usq; modo nec fiet ·
Et nisi breuiati fuissent dies illi · non fieret salua om
nis caro · Sed ppter electos breuiabuntur dies illi ·
Tunc si quis uobis dixerit · ecce hic xpc aut illic
nolite credere ·
Surgent enim pseudo xpi & pseudo pphete · & da
bunt signa magna & pdigia · ita ut in errorem in
ducantur si fieri potest etiam electi · Ecce pdixi uob ·
Si ergo dixerint uobis · ecce in deserto est · nolite exire ·
Ecce in penetrabilibus · nolite credere ·
Sicut enim fulgur exit ab oriente & paret usq; ad
occidentem · ita erit & aduentus filii hominis ·
Ubicumq; fuerit corpus · illuc congregabuntur aquile ·
Statim autem post tribulationem dierum illorum ·
sol obscurabitur · & luna non dabit lumen suum · &

stellę cadent de cęlo · & uirtutes cęlorum commo
uebuntur · Et tunc parebit signum filii hominis
in celo ·

Et tunc plangent omnes tribus terre · & uidebunt
filium hominis uenientem in nubibus cęli · cum
uirtute multa & maiestate · Et mittet angelos
suos cum tuba · & uoce magna · & congregabunt
electos eius a quatuor uentis · a summis cęlorum
usq; ad terminos eorum · A barbore autem fici disci
te parabolam · Cum iam ramus eius tener fuerit ·
& folia nata · scitis quia prope est estas · Ita & uos
cum uideritis hęc omnia · scitote quia prope est
in ianuis · Amen dico uobis · quia non preteribit
generatio hęc · donec omnia fiant · Cęlum & ter
ra transibunt · uerba autem mea non preteribunt ·

De die autem illa & hora nemo scit · neq; angeli
cęlorum · nisi pater solus ·

Sicut autem in diebus noe · ita erit & aduentus filii
hominis · Sicut enim erant in diebus ante diluuium
comedentes & bibentes · nubentes & nuptum
tradentes usq; ad eum diem quo noe intrauit in
arcam · & non cognouerunt donec uenit diluuium
& tulit omnes · ita erit & aduentus filii hominis ·

Tunc duo erunt in agro · unus assumetur · & unus
relinquetur · Duę molentes in mola · una assume
tur · & una relinquetur ·

Ecclesia
Vi
Vel

Uigilate ergo · quia nescitis qua hora dñs uester
uenturus sit ·

Ecclesia
Vii
Vel
Lectio

Illud autem scitote · quoniam si scisset pater fami
lias qua hora fur uenturus esset · uigilasset utq:
& non sineret perfodi domum suam · Ideo & uos
estote parati · quia qua nescitis hora filius homi
nis uenturus est ·

Vel
Lectio

Quis putas est fidelis seruus & prudens quem consti
tuit dominus suus super familiam suam · ut det
illis cibum in tempore ·

Ecclesia
Lectio
Vel

Beatus ille seruus · quem cum uenerit dominus eius
inuenerit sic facientem · Amen dico uobis · quo
super omnia bona sua constituet eum ·

Ecclesia
Lectio

Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo · mo
ram facit dominus meus uenire · & cœperit percutere
conseruos suos · manducet autem & bibat cum ebri
osis · ueniet dominus serui illius in die qua non spe
rat & hora qua ignorat & diuidet eum · partemq:
eius ponet cum hypocritis · illic erit fletus
& stridor dentium ·

Ecclesia
Solus

Tunc simile erit regnum cœlorum decem uirginib:
que accipientes lampades suas exierunt obuiam
sponso & sponse · Quinq: autem ex eas erant fatue ·
& quinq: prudentes · Sed quinq: fatue accepte lam
padibus · non sumpserunt oleum secum · Prudentes
uero · acceperunt oleum in uasis suis cum lampadib:

Moram autem faciente sponso · dormitauerunt
omnes & dormierunt · Media autem nocte clamor
factus est · ecce sponsus uenit · exite obuiam ei · Tunc sur
rexerunt omnes uirgines ille · & ornauerunt lampa
des suas · Fatuę autem sapientibus dixerunt · Date
nobis de oleo uestro · quia lampades nr̃e extinguun
tur · Responderunt prudentes dicentes · Ne forte ñ
sufficiat nobis & uobis · ite potius aduendentes &
emite uobis · Dum autem irent emere uenit sponsus ·
& quę parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias ·
& clausa est ianua · Nouissime uero · uenium & reli
quę uirgines dicentes · Dñe dñe · aperi nobis · At ille
respondens ait · Amen dico uobis · nescio uos · Vigilate
itaq: quia nescitis diem neq: horam ·

Sicut enim homo peregre profiscens uocauit seruos suos ·
& tradidit illis bona sua ·

Et uni dedit quinq: talenta · alii autem duo · alii uero
unum · Unicuiq: secundum propriam uirtutem · &
profectus est statim · Abiit autem qui quinq: talenta
acceperat · & operatus est in eis · & lucratus est alia q̃nq:
Similiter qui duo acceperat · lucratus est alia duo ·
Qui autem unum acceperat abiens fodit in terra · &
abscondit pecuniam domini sui · Post multum ũ
temporis uenit dominus seruorum illorum · & posu
it rationem cum eis · Et accedens qui quinq: talen
ta acceperat · obtulit alia quinq: talenta dicens ·

Domine quinq: talenta mihi tradidisti· ecce alia
quinq: supluerattissum· Ait illi dominus eius· Eu
ge bone serue & fidelis· quia sup pauca fuisti fidelis
sup multa te constituam· intra in gaudium domi
ni tui· Accessit autem & qui duo talenta accepe
rat & ait· Domine· duo talenta mihi tradidisti·
ecce alia duo lucratussum· Ait illi dominus eius·
Euge serue bone & fidelis· quia sup pauca fuisti
fidelis· sup multa te constituam· intra in gaudium
domini tui· Accedens autem & qui unum talentũ
acceperat ait· Domine· scio quia homo durus es·
metis ubi non seminasti· & congregas ubi non spar
sisti· & timens abii & abscondi talentum tuum
in terra· Ecce habes quod tuum est· Respondens
autem dominus eius· dixit ei· Serue male & piger·
sciebas quia meto ubi non semino· & congrego ubi
non sparsi· Oportuit ergo te committere pecuniã
meam nummulariis· & veniens ego recepissem
utiq: quod meum est cum usura· Tollite itaq: ab eo
talentum· & date ei qui habet decem talenta·

Dominica xl.
Luc. xxx

Omni enim habenti dabitur & abundabit· ei autẽ
qui non habet· & quod uidetur habere auferetur ab eo·

Dominica v
Luc. xxxx

Et inutilem seruum eicite in tenebras exteriores·
ibi erit fletus & stridor dentium·

Dominica x
Solve

Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua·
& omnes angeli cum eo· tunc sedebit super sedem

maiestatis suę. & congregabuntur ante eum omnes
gentes. & separabit eos ab inuicem. sicut pastor
segregat oues ab hedis. Et statuet oues quidem
ad extris suis. hedos autem a sinistris. Tunc dicet
rex his. qui ad extris eius erunt. Venite benedicti
patris mei. possidete paratum uobis regnum a con
stitutione mundi. Esuriui enim. & dedistis mihi
manducare. Sitiui. & dedistis mihi bibere. Hospes
eram. & collegistis me. Nudus. & cooperuistis me.
Infirmus. & uisitastis me. Incarcere eram. & uenis
tis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes.
Dñe. quando te uidimus esurientem. & paauimus.
Sitientem. & dedimus tibi potum. Quando autem
te uidimus hospitem & collegimus te. Aut nudum.
& cooperuimus te. Aut quando te uidimus infir
mum aut incarcere. & uenimus ad te. Et respon
dens rex. dicet illis. Amen dico uobis. quamdiu fecis
tis uni de his fratribus meis minimis. mihi fecistis.
Tunc dicet & his qui a sinistris erunt. Discedite ame
maledicti in ignem aeternum. qui paratus est diabo
lo & angelis eius. Esuriui enim. & non dedistis mihi
manducare. Sitiui. & non dedistis mihi potum
hospes eram. & non collegistis me. Nudus. & non
operuistis me. Infirmus. & incarcere. & non uisitasti
me. Tunc respondebunt ei & ipsi dicentes. Dñe
quando te uidimus esurientem. aut sitientem.

aut hospitem·aut nudum·aut infirmum uel incar
cer·& non ministrauimus tibi·Tunc respondebit
illis dicens·Amen dico uobis·quamdiu non fecistis
uni de minoribus his·nec mihi fecistis·Et ibunt
hi in supplicium aeternum·iusti autem in uitam
aeternam·

X X V

ET FACTVM EST CVM CON
summasset iesus sermones hos omnes·dixit
discipulis suis·

Secundum Matheum
Secundum Luc
Secundum Ioan

Scitis quia post biduum pascha fiet·& filius hominis
tradetur ut crucifigatur·

Secundum Matheum
Secundum Marcum

Tunc congregati sunt principes sacerdotum & seni
ores populi in atrium principis sacerdotum qui
dicebatur cayphas·& consilium fecerunt ut iesum
dolo tenerent & occiderent·Dicebant autem·
Non in die festo·Ne forte tumultus fieret in populo·

Secundum Matheum
Secundum Marcum
Secundum Luc
Secundum Ioan

Cum autem esset in bethania in domo symonis lepsi
accessit ad eum mulier habens alabastrum ungen
ti pretiosi·& effudit super caput ipsius recumbentis·
Uidentes autem discipuli·indignati sunt dicentes·
Vt quid perditio hec·potuit enim istud uenundari
multo·& dari pauperibus·Sciens autem iesus·ait illis·
Quid molesti estis huic mulieri·opus bonum·operata est
in me·Nam semper pauperes habetis uobiscum·me
autem non semper habebitis·

Secundum Matheum
Secundum Marcum
Secundum Ioan

Mittens enim hec unguentum hoc in corpus meum·

adsepeliendum me fecit. Amen dico uobis. ubi
cumq; predicatum fuerit hoc euangelium in toto
mundo dicetur. & quod hec fecit in memoriam eius.

Tunc abiit unus de duodecim qui dicitur iudas
scarioth ad principes sacerdotum. & ait illis. Quid
uultis mihi dare. & ego uobis eum tradam. At illi
constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde
querebat opportunitatem. ut eum traderet. Prima
autem die azimorum. accesserunt discipuli ad ihm
dicentes. Vbi uis paremus tibi comedere pascha.
At ihc dixit. Ite in ciuitatem ad quendam. & dici
te ei. Magister dicit. tempus meum prope est. apud
te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt
discipuli sicut constituit illis ihc. & paraueruntpascha. Vespere autem facto discumbebat cum duo
decim discipulis suis.

Et edentibus illis dixit. Amen dico uobis. quia unus
uestrum me traditurus est.

Et contristati ualde. ceperunt singuli dicere. Num
quid ego sum dne.

Et ipse respondens ait. Qui intingit mecum manum
in parabside. hic me tradet. Filius quidem hominis
uadit sicut scriptum est de illo.

Vae autem homini illi per quem filius hominis trade
tur. bonum erat ei si natus non fuisset homo ille.

Respondens autem iudas qui tradidit eum dixit.

Numquid ego sum rabbi. Ait illi. Tu dixisti.

Cenantibus autem eis accepit ihc panem & benedixit
ac fregit. deditq; discipulis suis & ait. Accipite & co
medite. hoc est corpus meum.

Et accipiens calicem gratias egit. & dedit illis dicens.
Bibite ex hoc omnes. hic est enim sanguis meus nou
testamenti. qui pmultis effundetur in remissionem
peccatorum. Dico autem uobis. non bibam amodo
de hoc genimine uitis. usq; in diem illum cum illud
bibam uobiscum nouum in regno patris mei.

Et hymno dicto exierunt in montem oliueti.

DE SCANDALISATIONE XXVII.

Omnes uos scandalum patiemini in me
in ista nocte.

Scriptum est enim. Percutiam pastorem. & dispergen
tur oues gregis. Postquam autem resurrexero.
precedam uos in galilea.

Respondens autem petrus. ait illi. Et si omnes scan
dalizati fuerint in te. ego numquam scandalizabor.
Ait illi ihc. Amen dico tibi. quia in hac nocte ante
quam gallus cantet. ter me negabis.

Ait illi petrus. Etiam si oportuerit me mori tecum.
non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt.

Tunc uenit ihc cum illis in uillam quae
dicitur gethsemani.

Et dixit discipulis suis. Sedete hic. donec uadam illuc

& orem. Et assumpto petro & duobus filiis zebedei
cepit contristari & mestus esse.
Tunc ait illis. Tristis est anima mea usq; ad mortem.
Sustinete hic & vigilate mecum.
Et progressus pusillum cecidit in faciem suam orans
& dicens. Mi pater. si possibile est transeat a me
calix iste.
Verumtamen non sicut ego volo. sed sicut tu.
Et venit ad discipulos suos. & invenit eos dormien
tes. Et dicit petro. Sic non potuistis una hora vi
gilare mecum. Vigilate & orate. ut non intretis
in tentationem.
Spiritus quidem promptus est. caro autem infirma.
Iterum secundo abiit. & oravit dicens. Mi pater. si
non potest hic calix transire nisi bibam illum. fiat
voluntas tua. Et venit iterum. & invenit eos
dormientes. Erant enim oculi eorum gravati.
Et relictis illis iterum abiit & oravit tertio eun
dem sermonem dicens.
Tunc venit ad discipulos suos. & dicit illis. Dormi
te iam & requiescite. Ecce adpropinquavit hora.
& filius hominis tradetur in manus peccatorum.
Surgite eamus. ecce adpropinquavit qui me tradet.
Adhuc ipso loquente. ecce iudas unus de duodecim
venit. & cum eo turba multa cum gladiis & fustib;
missi a principibus sacerdotum. & seniorib; ppli.

Qui autem tradidit eum · dedit eis signum dicens:
Quem cumq: osculatus fuero ipse est tenete eum ·
Et continuo accedens ad ihm dixit · Ave rabbi ·
Et osculatus est eum · Dixitq: illi ihc · Amice · ad
quod venisti · Tunc accesserunt & manus miserunt
in ihm · & tenuerunt eum ·

Et ecce unus ex his qui erant cum ihu extendens ma
num exemit gladium suum · & percutiens seruum
principis sacerdotum amputauit auriculam eius ·

Tunc ait illi ihc · Conuerte gladium tuum in locum
suum · Omnes enim qui acceperint gladium · gla
dio peribunt · An putas quia non possum rogare
patrem meum · & exhibebit mihi modo plus quam
duodecim legiones angelorum · Quomodo ergo
implebuntur scripture · quia sic oportet fieri ·

In illa hora dixit ihc turbis · Tamquam ad latronem
existis cum gladiis & fustibus comprehendere me ·
Cotidie apud uos sedebam docens in templo · & non
me tenuistis ·

Hoc autem totum factum est · vt impleantur scriptu
re prophetarum · Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt ·

At illi tenentes ihm duxerunt ad cayphan principem
sacerdotum · ubi scribe & seniores conuenerant ·

Petrus autem sequebatur eum alongue usq: in atrium
principis sacerdotum · & ingressus intro sedebat
cum ministris · ut uideret finem ·

Principes autem sacerdotum & omne concilium que
rebant falsum testimonium contra ihm ut eum
morti traderent. & non inuenerunt cum multi
falsi testes accessissent.

Nouissime autem uenerunt duo falsi testes & dixe
runt. Hic dixit. possum destruere templum di.
& post triduum reedificare illud. Et surgens prin
ceps sacerdotum ait illi. Nihil respondes ad ea que
isti aduersum te testificantur. Hic autem tacebat.
Et princeps sacerdotum ait illi. Adiuro te p dim
uuum ut dicas nobis si tues xpe filius di. Dicit
illi ihs. Tu dixisti.

Uerumtamen dico uobis. amodo uidebitis filium ho
minis sedentem a dextris uirtutis. & uenientem in
nubibus celi.

Tunc princeps sacerdotum scidit uestimenta sua
dicens. Blasphemauit. quid adhuc egemus testibus.

Ecce nunc audistis blasphemiam. quid uobis uide
tur. At illi respondentes dixerunt. Reus e mortis.

Tunc expuerunt in faciem eius. & colaphis eum cedi
derunt. Alii autem palmas ei in faciem dederunt.
dicentes. Prophetiza nobis xpe. quis est qui te percussit.

Petrus uero sedebat foris in atrio. & accessit ad eum
una ancilla dicens. Et tu cum ihu galileo eras.
At ille negauit coram omnibus dicens. Nescio
quid dicis.

Feria v
Dexcvi
Lccxcvi

Exeunt autem illo ianuam· uidit eum alia an
cilla· & ait his qui erant ibi· Et hic erat cum ihv
nazareno· Et iterum negauit cum iuramento·
quia non noui hominem· Et post pusillum· ac
cesserunt qui stabant· & dixerunt petro· Vere &
tu ex illis es· nam & loquela tua manifestum te fa
cit· Tunc cepit detestari & iurare quia non nouis
set hominem· & continuo gallus cantauit·

Feria vi
Dexcvii
Lccxcvii

Et recordatus est petrus uerbi ihv quod dixerat·
priusquam gallus cantet ter me negabis· Et
egressus foras fleuit amare·

Feria vii
Dccxcvii
Dexcviii
Lccxcv

Mane autem facto consilium inierunt omnes prin
cipes sacerdotum & seniores populi aduersus ihm·
ut eum morti traderent·

Feria viii
Dccxcviii
Dcxcviii
Lccc
Slxvi

Et uinctum adduxerunt eum· & tradiderunt
pontio pilato presidi·

Feria viii
Dccxcviii
Slvs

Tunc uidens iudas qui eum tradidit quod damna
tus esset· penitentia ductus retulit triginta ar
genteos principibus sacerdotum & seniorib; dicens·
Peccaui· tradens sanguinem iustum· At illi dixer·
Quid ad nos· Tu uideris· Et proiectis argenteis in
templo recessit· & abiens laqueo se suspendit· Prin
cipes autem sacerdotum acceptis argenteis dixer·
Non licet mittere eos in corbanan· quia pretium
sanguinis est· Consilio autem inito emerunt ex
illis agrum figuli in sepulturam pergrinorum·

Propter hoc uocatus est ager ille achel dema ch
hoc est ager sanguinis usq: in hodiernum diem·
Tunc impletum est quod dictum est per ieremiam p
phetam dicentem· Et acceperunt triginta argen
teos pretium appreciati quod appreciauerunt
a filiis israhel· & dederunt eos in agrum figuli· sicut
constituit mihi dns·

Feria
II
Hec
Lectio
Isaiae

Ihesus autem stetit ante presidem· & interrogauit eum
princes dicens· Tues rex iudeorum·

Feria
III
Hec
Lectio
Isaiae

Dicit illi ihesus· Tu dicis· Et cum accusaretur a principi
bus sacerdotum & senioribus populi· nihil respon
dit· Tunc dicit illi pilatus· Non audis quanta ad
uersum te dicunt testimonia· Et non respondit
ei ad unum uerbum· ita ut mirarentur princes
uehementer·

Feria
IV
Hec
Lectio
Isaiae

Per diem autem sollemnem consueuerat princes dimit
tere populo unum uinctum quem uoluissent·
habebat autem tunc uinctum insignem qui dicebatur
barabbas· Congregatis ergo illis· dixit pilatus·
Quem uultis dimittam uobis· barabban· an ihm
qui dicitur xpc· Sciebat enim quod per inuidiam
tradidissent eum·

Feria
V
Sexta

Sedente autem illo pro tribunali· misit ad eum uxor
eius dicens· Nihil tibi & iusto illi· multa enim passa
sum hodie per uisum propter eum·

Feria
VI
Hec
Lectio
Isaiae

Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt

populis ut peterent barabban · ihm uero pderent ·
Respondens autem pres ait illis · Quem uultis
uobis de duobus dimitti · At illi dixerunt · Barabban ·
Dicit illis pilatus · Quid igitur faciam de ihu qui
dicitur xpo · Dicunt oms · Crucifigatur · At illi
ps · Quid enim mali fecit · At illi magis clamabant
dicentes · Crucifigat · Videns autem pilatus quia
nihil pficeret sed magis tumultus fieret · accepta aqua
lauit manus coram pplo dicens · Innocens ego sum a san
guine hui iusti · uos uideritis · Et respondens uniuer
sus ppls dixit · Sanguis eius super nos · & super filios nros ·
Tunc dimisit illis barabban · ihm autem flagellatum
tradidit eis ut crucifigeretur · XXVIII ·
Tunc milites pses duxerunt eum in pretorio congregauerunt ad eum uniuersam
cohortem · & exuentes eum · clamidem coccineam
circumdederunt ei · Et plectentes coronam de spi
nis posuerunt super caput eius · & harundinem in dextera
eius · & genu flexo ante eum illudebant dicentes ·
Aue rex iudeorum · Et expuentes in eum acceperunt
harundinem · & percutiebant caput eius · Et postquam il
luserunt ei exuerunt eum clamide · & induerunt eum
uestimentis eius · & duxerunt eum ut crucifigerent ·
Exeuntes autem inuenerunt hominem cyrenaeum
nomine symonem · hunc angariauerunt ut
tolleret crucem eius ·

Et uenerunt in locum qui dicitur golgotha· quod
est caluarie locus·

Et dederunt ei uinum bibere· cum felle mixtum·
Et cum gustasset· noluit bibere·

Postquam autem crucifixerunt eum diuiserunt
uestimenta eius· sortem mittentes· Et sedentes
seruabant eum·

Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scrip
tam· hic est ihc· rex iudeorum·

Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones· unus
a dextris & unus a sinistris·

Preterientes autem blasphemabant eum· mouentes
capita sua & dicentes· Vuah qui destruit templu
di· & in tridiuo illud reedificat· Saluat temetipsum·
si filius di es· descende de cruce·

Similiter & principes sacerdotum illudentes cum
scribis & senioribus dicebant· Alios saluos fecit·
se ipsum non potest saluum facere· Si rex israhel est·
descendat nunc de cruce· & credimus ei· Confidit
in do· liberet eum nunc si uult· Dixit enim· quia
di filius sum·

Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum
eo improperabant ei·

A sexta autem hora tenebre facte sunt super uniuersam
terram· usq· ad horam nonam·

Et circa horam nonam· clamauit ihc uoce magna

dicens: Heli Heli lemasabactani. Hoc est. Ds ms.
ds meus ut quid dereliquisti me. Quidam autem
illic stantes & audientes dixerunt. Helia uocat iste.

Et continuo currens unus ex eis acceptam spongia
impleuit aceto & imposuit harundini & dabat
ei bibere.

Ceteri uero dicebant. Sine uideamus an ueniat
helias liberans eum. Iesus autem iterum clamans
uoce magna emisit spm.

Et ecce uelum templi scissum est in duas partes
a summo usq; deorsum.

Et terra mota est. & petre scisse sunt. & monumen
ta aperta sunt. & multa corpora sanctorum qui dor
mierant surrexerunt. Et exeuntes de monumen
tis post resurrectionem eius uenerunt in sanctam ciui
tatem. & apparuerunt multis.

Centurio autem & qui cum eo erant custodientes
Iesum uiso terremotu & his que fiebant timuerunt
ualde dicentes. Vere filius dei erat iste.

Erant autem ibi mulieres multe a longe que secute
erant Iesum a galilea ministrantes ei. inter quas erat
maria magdalene & maria iacobi & ioseph matre
& matre filiorum zebedei.

Cum sero autem factum esset. uenit quidam homo
diues ab arimathia nomine ioseph. qui & ipse disci
pulus erat Iesu. Hic accessit ad pilatum. & petiit

corpus ihu. Tunc pilatus iussit reddi corpus.

Dominica xi Matthaei Luca xxiii Iohan xix

Et accepto corpore ioseph inuoluit illud in sindone munda. & posuit illud in monumento suo nouo quod excederat in petra. & aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti & abiit.

Dominica xvi Matthaei

Erat autem ibi maria magdalene & altera maria sedentes contra sepulchrum.

Dominica v Iohan

Altera autem die que est post parasceuen conuenerunt principes sacerdotum & pharisei ad pilatum dicentes. Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc uiuens. post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum usq; in diem tertium. ne forte ueniant discipuli eius & furentur eum. & dicant plebi surrexit a mortuis. & erit nouissimus error peior priore. Ait illis pilatus. Habetis custodiam. ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum. signantes lapidem cum custodibus.

Dominica xi Matthaei Luca xxiii Iohan

Uespere autem sabbati que lucescit in prima sabbati. uenit maria magdalena & altera maria uidere sepulchrum. Et ecce terremotus factus est magnus. Angelus enim domini descendit de celo. & accedens reuoluit lapidem. & sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur. & uestimentum eius sicut nix. Pre timore autem eius exterriti sunt custodes. & facti sunt

uerunt mortui·

Feria II Pentecoste Lectio prima

Respondens autem angelus· dixit mulieribus· Nolite timere uos· Scio enim quod ihm̃ qui crucifixus est quaeritis· non est hic· surrexit enim sicut dixit· Venite· & uidete locum· ubi positus erat dn̄s· Et cito euntes dicite discipulis eius· quia surrexit· & ecce praecedet uos in galileam· Ibi eum uidebitis· ecce dixi uobis· Et exierunt cito de monumento cũ timore & gaudio magno· currentes nunciare discipulis eius·

Feria III Pentecoste Lectio secunda

Et ecce ihs̃ occurrit illis dicens· Auete· Illae autem accesserunt & tenuerunt pedes eius· & adorauerunt eum· Tunc ait illis ihs̃· Nolite timere· Ite nunciate fratribus meis ut eant in galileam· ibi me uidebunt· Quae cum abissent· ecce quidam de custodibus uenerunt in ciuitatem· & nunciauerunt principibus sacerdotum omnia quae facta fuerant· Et congregati cum senioribus consilio accepto· pecuniam copiosam dederunt militibus dicentes· Dicite quia discipuli eius noctu uenerunt· & furati sunt eum nobis dormientibus· Et si hoc auditum fuerit apud ide· nos suadebimus ei· & securos uos faciemus· At illi accepta pecunia· fecerunt sicut erant docti· Et diuulgatum est uerbum istud apud iudeos· usq; in hodiernum diem·

Feria IV Pentecoste Lectio tertia

Feria V Pentecoste Solus

Undecim autem discipuli abierunt in galileam in

montem ubi constituerat illis ihc. Et uidentes
eum adorauerunt. quidam autem dubitauerunt.
Et accedens ihc locutus est eis dicens. Data est
mihi omnis potestas in cęlo & in terra. Euntes do
cete omnes gentes. baptizantes eos in nomine patris
& filii & spis sci. docentes eos seruare omnia quae
cumq; mandaui uobis. Et ecce ego uobiscum sum
omnibus diebus usq; ad consummationem sęculi.

Explicit euangelium scdm mathyum.

INCIPIT PREFATIO
SCĒ M MARCUM.

MARCUS EVAN
GELISTA DĪ ET
petri in babtisma ate filius. atq; in diuino sermone
discipulus. Sacerdotium in israhel agens. secdm
carnem leuita. conuersus ad fidem xpi euange
lium in italia scripsit. ostendens in eo opere qua
le ministerium quid & generi suo debere & xpo.
Nam initium principii in uoce pphetice excla
mationis instituens ordinem leuitice electionis
ostendit. vt predicans predestinatum iohannem
filium Zacharie in uocem angeli annunciantis
emissum. non solum uerbum carnem factum.
sed & corpus dñi in omnia puerbum diuine uocis
animatum. initium euangelice predicationis
ostendere. vt qui hec legens scire cui initium
carnis in dño & iēsu aduenientis habitaculum
caro debere agnoscere. atq; in se uerbum uocis
quod in consonantibus pdiderat inuenire.
Deniq; & petri euangelii opus intrans. & ababtis
mo dñi predicare dm inchoans. non laborauit
natiuitatem carnis quam in prioribus uiderat
dicere. sed totius in primis expositionem deserti. ieiunij

numeri·temptationem diaboli·congregationē
bestiarum·& ministerium prestitit angelorum·
vt instituens nos ad intellegendum singula in
breui compingens· nec auctoritatem facti ri de
merit·& pficiendo operi plenitudinem non nega
rit·Deniq·amputasse sibi post fidem pollicem
dicitur·vt sacerdotio reprobus habereturr·Sed
tamen consentiens fidei predestinata potuit electio·
vt nec sic in operi uerbi pderet·quod prius meruit
ingenere·Nam alexandrie eps fuit·cuius per
singula opuscere·& euangelii inse dicta disponere·
& disciplinam inse legis agnoscere·& diuinam in
carne dñi intellegere naturam·quę in nos primū
requiri·de hinc inquisita uolumus agnosci·haben
tes mercedem exhortationis·Quoniam qui plantat
& qui rigat unum sunt·qui autem incrementum
prestat ds est·

INCIPIUNT CAPITULA·

·I· De iohanne babtista & uestitu & habitu eius·De babtismo
ihū & temptatione eius·Petrum andream Iacobum &
Iohannem sequi iubet·de homine qui spiritum inmun
dum habuit sanato·

·II· De socru petri a febribus liberata & alis multis quos ihc
saluauit·De ipso·De paralytico·Iacobum alphei sequi
iubet·apud quem cum publicanis conuiuauit·mur
muratibus iudeis dicit·non est opus sanis medicus·De

ieunius discipulorum & filius sponsi · & de uerb; & de uino ·

·III· De spicis quas discipuli uellebant · De eo qui manum aridam habuit · & ubi demones ihm confitentur · Duodecim apl'orum electio · De beelzebub principe demoniorum · & fortem ligando · & peccatum in spm scm non remittit ·

·IIII· De matre & fribus eius · De parabola seminantis · De lucerna sub modio · De bona mensura · De parabola herbe spicę · De grano sinapis · Vbi in nauiculo dormit · & exurgens tempestati imperat · Et de demone cui nomen legio fuit ·

·V· Archisynagogi filiam dum iret resuscitare mulierem a profluuio sanguinis liberat · Puellam suscitat · Prophetam in patria sua sine honore esse · Duodecim discipulis precepta dat & premittit eos · De capite iohis ·

·VI· Regressi apli ad ihm · De quinq; panib; & duob; piscib; · Hic ambulans super mare uenit ad discipulos · De diuersis languoribus sanatis · & manib; non lotis · & quod intrat in hominem non coinquinat hominem ·

·VII· De filia syrophenisse a demonio sanata · Vbi surdum & mutum curauit · De septem panibus in quatuor milia hominum · De pharisęis querentibus signum · Monet cauere a fermento pharisęorum & herodianorum · De spiritu cęco oculos aperuit · Petrus confitetur ipsum esse xpm · Petrum increpat · In monte transfiguratur · Non eici posse spm in mundum nisi per ieunium & orationem ·

·VIII· Et qui uult primus esse fiat nouissimus · Et non esse prohibendum qui in nomine eius uirtutem facit · Et

calice aquę frigidę · Ac oculo manu & pede eruendo · Et bonum
est sal · Vxorem non debere dimitti · Infantes non arguendos.
Vendras omnib; elemosinam dandam · Et difficile diuitem
intrare in regnum di ·

VIIII · Quę essent uentura predicit · De filiis Zebedei · De ęcco mendi
cante curato · De pullo asine · De nummularis templo eiecti ·
De ficulnea quę arefacta est · De peccatis fratrum remittendis ·

X · Interrogatus in qua potestate hęc faceret de iohannis baptis
mo interrogat · Parabola de uinea & colonis · De denario cesa
ris · De muliere quę septem fratres habuit · Et cuidam scribę
dicit non longe ē a regno di · Atq; interrogat quomodo
xp̄s dicatur filius dauid · Monet cauendum a scribis · De
uidua & galofilacio · De templi structura ·

XI · De pseudo xp̄is & passione martyrum · & commotione seli
& aduentu xp̄i · De arbore ficus · & quod diem iudicii nemo
sciat · ꝓpter quod docet uigilandum ·

XII · De unguento super caput ih̄u effuso · Iudas principib; sacerdo
tum dn̄m ꝓdit · Apparatus paschę · Dn̄s dicit a uno eorum
se tradendum · Petro predicit negaturum · orationes ih̄u ·
Tradito iude iudeis ·

XIII · Principes interrogant ih̄m & condemnant cum · Petrus
tertio negat · Hic pilato traditur · Pilatus dimisso barabba
ih̄m flagellatum crucifigendum tradidit · Passio ih̄u
& sepultura & resurrectio eius · Post resurrectionem man
data · & ascensio eius in cęlos ·

MORTIS VTITVLAT

Secũm Marcum



Ca·I·
II
Secũ·
L·Lxx·

Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam · qui
preparabit viam tuam ante te.

Vox clamantis in deserto · parate viam dñi · rectas
facite semitas eius ·

Fuit iohannes in deserto baptizans · & predicans
baptismum penitentie in remissionem peccatorum.
Et egrediebatur ad illum omnis iudee regio · &
ierosolimite universi · & baptizabantur ab illo in
iordane flumine · confitentes peccata sua ·

Erat iohannes vestitus pilis camelli · & zona pel
licea circa lumbos eius · & locustas & mel silvestre
edebat · Et predicabat dicens · Venit fortior me
post me · cuius non sum dignus procumbens solvere
corrigiam calceamentorum eius · Ego baptizo
vos aqua · ille vero baptizabit vos spu sco ·

Et factum est in diebus illis · venit ihs a nazareth ga
lilee · & baptizatus est in iordane a iohanne · & statim
ascendens de aqua vidit apertos celos · & spm tam
quam columbam descendentem & manentem in
ipso · Et vox facta est de celis · Tu es filius meus dilec
tus · in te complacui ·

Et statim sps expulit eum in desertum · & erat in de
serto quadraginta diebus & quadraginta noctibus ·
& tentabatur a satana · erat q: cum bestiis · & an
geli ministrabant illi ·

Post quam autem traditus est iohannes · venit ihs

in galileam · predicans euangelium regni di &
dicens · Quoniam impletum est tempus · & adpro
pinquauit regnum di · Poenitemini · & credite
euangelio · Et praetiens secus mare galilee ·
uidit symonem & andream fratrem eius mitten
tes retia in mare · erant enim piscatores ·
Et dixit eis ihe · Venite post me · & faciam uos fieri
piscatores hominum · Et protinus relictis retibus ·
secuti sunt eum ·
Et progressus inde pusillum · uidit iacobum zebedei ·
& iohannem fratrem eius · & ipsos in naui compo
nentes retia · & statim uocauit illos · Et relicto
zebedeo patre suo in naui cum mercennariis ·
secuti sunt eum ·
Et ingrediuntur capharnaum · & statim sabbatis
ingressus in synagogam docebat eos ·
Et stupebant super doctrina eius · erat enim docens
eos sicut potestatem habens · & non sicut scribe ·
Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immun
do · & exclamauit dicens · Quid nobis & tibi ihu
nazarene · Venisti perdere nos · Scio qui sis sc̃s di ·
Et comminatus est ei ihe dicens · Obmutesce &
exi de homine · Et discerpens eum spiritus immun
dus & exclamans uoce magna exiit abeo · Et mi
rati sunt omnes · ita ut conquirerent inter se diceu
tes · Quid nam hoc est · Que doctrina hec noua ·

quia in potestate & spiritibus immundis imperat.
& obediunt ei. Et pessit rumor eius statim in
omnem regionem galilee. ·II·

R ℳ xv V ℳ lxxiii L xxxvi

ET PETRUS EGREDIENTES
de synagoga uenerunt in domum symo
nis & andree. cum iohanne & iacobo. Decumbe
bat autem socrus symonis febricitans. Et statim
dicunt ei de illa. Et accedens leuauit eam appre
hensa manu eius. & continuo dimisit eam febris.
& ministrabat eis. Uespere autem facto cum occi
disset sol. afferebant ad eum omnes male habentes.
& dyemonia habentes. Et erat omnis ciuitas con
gregata ad ianuam. & curauit multos qui uexa
bantur uariis languoribus. & dyemonia multa
eiciebat.

R ℳ xvi VIII L xxxvii

Et non sinebat loqui ea. quo sciebant ipsum ẋpm.

R ℳ xvii VIII L xxxviii

Et diluculo ualde surgens egressus abiit in deserti
locum. ibique orabat. Et persecutus est eum symon.
& qui cum illo erant. Et cum uenissent ad eum.
dixerunt ei. Quia omnes querunt te. Et ait illis.
Eamus in proximos uicos & ciuitates. ut & ibi pre
dicem. Ad hoc enim ueni. Et erat predicans in
synagogis eorum. & omni galilea. & dyemonia eiciens.

R ℳ xviii II L xxxix

Et uenit ad eum leprosus deprecans eum. & genu
flexo dixit. Si uis potes me mundare. Ihc autem
misertus eius. extendit manum suam & tangens

eum.aut illi·Volo·mundare·Et cumdixisset·statim
discessit abeo lepra·& mundatus est·Et commi
natus est ei·statimq; eiecit illum·& dicit ei·Uide
nemini dixeris·sed uade ostende te principi sacer
dotum·& offer pro mundatione tua quę precepit
moyses in testimonium illis·

Et ille egressus cepit predicare & diffamare sermonē·
ita ut iam non possit manifeste in ciuitatem introire·
sed foris in deserto locis esse·Et conuenebant ad eum
undiq: Et rursum intrauit capharnaum post
dies·& audtum est quod in domo esset·Et conue
nerunt multi ita ut non caperet neq: ad ianuam·
& loquebatur eis uerbum·Et uenerunt ferentes
ad eum paralyticum·qui a quatuor portabatur·
Et cum non possent offerre eum illi pre turba·nu
dauerunt tectum ubi erat·& patefacientes sub
miserunt grabatum in quo paralyticus iacebat·
Cum uidisset autem ihē fidem illorum·ait paraly
tico·Fili·dimittuntur tibi peccata·Erant autem
illic quidam de scribis sedentes·& cogitantes in cor
dibus suis·Quid hic sic loquitur·Blasphemat·
Quis potest dimittere peccata nisi solus ds·Quo
statim cognouit ihē spū suo quia sic cogitarent intra
se·dicit illis·Quid ista cogitatis in cordibus uris·quid
est facilius dicere paralytico·dimittuntur tibi pecca
ta·aut dicere surge tolle grabatum tuum & ambula·

Ut autem sciatis quia potestatem habet filius homi
nis in terra dimittendi peccata · ait paralytico · Tibi
dico surge · tolle grabatum tuum · & uade in do
mum tuam · Et statim ille surrexit · & sublato
grabato abiit coram omnibus · ita ut admirentu
tur omnes · & honorificarent dn̄ dicentes · quia
numquam sic uidimus ·

Et egressus est rursus ad mare · omnisq; turba uenie
bat ad eum · & docebat eos · Et cum preteriret uidit
leuim alfei sedentem ad theloneum · & ait illi · Seque
re me · Et surgens secutus est eum ·

Et factum est cum accumberet in domo illius · multi
publicani & peccatores simul discumbebant cum
ih̄u & discipulis eius · Erant enim multi qui & seque
bantur eum · Et scribe & pharisei uidentes quia
manducabat cum publicanis & peccatoribus · dice
bant discipulis eius · Quare cum publicanis & pec
catoribus manducat & bibit magister uester ·

Hoc audito ih̄c ait illis · Non necesse habent sani
tatis medico · sed qui male habent · Non enim uenit
uocare iustos · sed peccatores · Et erant discipuli
iohannis & pharisei ieiunantes · & ueniunt & di
cunt illi · Quare discipuli iohannis & pharisei ie
iunant · tui autem discipuli non ieiunant ·
Et ait illis ih̄c · Numquid possunt filii nupti a
rum quamdiu sponsus cum illis est ieiunare ·

Quanto tempore habent secum sponsum · non
possunt ieunare · Venient autem dies cum aufe
retur ab eis sponsus · & tunc ieunabunt in illis
diebus · Nemo assumentum panni rudis assuit
uestimento uetri · Alioquin aufert supplemen
tum nouum a uetere · & maior scissura fit · Et nemo
mittit uinum nouum in utres uetres · Alioquin
disrumpet uinum utres · & uinum effundetur
& utres peribunt · Sed uinum nouum in utres
nouos mitti debet ·

Factum est iterum
cum sabbatis ambulare per sata · & disci
puli eius ceperunt progredi · & uellere spicas ·
Pharisei autem dicebant ei · Ecce quid faciunt
sabbatis quod non licet · Et ait illis · Numquam
legistis quod fecerit dauid quando necessitatem
habuit · & esurit ipse · & qui cum eo erant · quomo
do introiit in domum dei sub abiathar principe
sacerdotum · & panes propositionis manducauit ·
denariis· & dari pauperibus· Et fremebant in eam·
Hic autem dixit· Sinite eam· Quid illi molesti
estis· bonum opus operata est in me· Semper enim
pauperes habetis uobiscum· & cum uolueritis po
testis illis bene facere· me autem non semp habetis·
Quod habuit hec fecit· preuenit ungere corpus
meum in sepulturam· Amen dico uobis· ubicũq:
predicatum fuerit euangelium istud in uniuer
so mundo· & quod hec fecit narrabitur in me
moriam eius·

Et iudas scariothes unus de duodecim abiit ad
summos sacerdotes· ut perderet eum illis· Qui audi
entes gauisi sunt· & promiserunt ei pecuniam se
daturos· Et querebat quomodo illum oportune
traderet· Et primo die azimorum quando pas
cha immolabant· dicunt ei discipuli· Quo uis
eamus & paremus tibi ut manduces pascha·
Et mittit duos ex discipulis suis· & dicit eis· Ite
in ciuitatem· & occurrit uobis homo lagenam
aque baiolans· sequimini eum· Et quocumq:
introierit· dicite domino domus· quia magister
dicit· Vbi est refectio mea· ubi pascha cum disci
pulis meis manducem· Et ipse uobis demonstra
bit cenaculum grande stratum· & illic parate nob·
Et abierunt discipuli eius· & uenerunt in ciuitatem

& inuenerunt sicut dixerat illis· & paraueru̅t pascha·

℟ clxi ℣ viii ccclxxxviii Ieexxi & Ixxii

Vespere autem facto uenit cum duodecim· & dis
cumbentibus eis & manducantibus ait ihe·
Amen dico uobis· quia unus ex uobis me tradet
qui manducat mecum·

℟ clxii ℣ i ccclxxx Leeclxxviii Ieexxii

Et illi ceperunt contristari· & dicere ei singula
tim· Numquid ego·

℟ clxiii ℣ ii ccclxxxi Leeclxxviii

Qui ait illis· Vnus ex duodecim· qui intingit me
cum in catino· Et filius quidem hominis uadit
sicut scriptum est de eo· Vae autem homini illi
p quem filius hominis tradetur·

℟ clxiiii ℣ vi ccclxxxii

Bonum erat ei· si non esset natus homo ille·

℟ clxv ℣ i ccclxx Leeclxx Ilxxxiv

Et manducantibus illis accepit ihe panem· & be
nedicens fregit· & dedit eis & ait· Sumite· hoc est
corpus meum·

℟ clxvi ℣ vii ccclxxxv Leeclxv & eeclxvii

Et accepto calice gratias agens dedit eis· Et bibe
runt ex illo omnes· Et ait illis· Hic est sanguis
meus noui testamenti· qui p multis effundetur·
Amen dico uobis· quod iam non bibam de gen
mine uitis usq: in diem illum cum illud biba̅
nouum in regno di·

℟ clxvii ℣ vi ccclxxxvi

Et ymno dicto exierunt in montem oliuarum·
Et ait eis ihe·

℟ clxviii ℣ iiii ccclxxxvii Ieeclii

Omnes scandalizabimini in nocte ista· quia scrip
tum est· Percutiam pastorem· & dispgentur oues·

℟ clxviii ℣ vi ccclxxxviii

Sed postq̃ quam resurrexero· praecedam uos in gali

Ileam·

Petrus autem ait ei. Et si omnes scandalizati fuerint. sed non ego. Et ait illi ihe. Amen dico tibi quia tu hodie in nocte hac priusquam bis gallus uocem dederit. ter me es negaturus.

At ille amplius loquebatur. Et si oportuerit me simul commori tibi. non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant.

Et ueniunt in prediu cui nomen gethsemani. Et ait discipulis suis. Sedete hic. donec oram. Et assumit petrum & iacobum & iohannem secum. & cepit pauere & tedere.

Et ait illis. Tristis est anima mea usq: ad mortem. Sustinete hic & uigilate.

Et cum processisset paululum. cecidit super terram & orabat. ut si fieri posset transiret a eo hora. & dixit. Abba pater. omnia tibi possibilia sunt. transfer calicem hunc a me.

Sed non quod ego uolo. sed quod tu. Et uenit & inuenit eos dormientes. & ait petro. Symon dormis. non potuisti una hora uigilare. Vigilate & orate. ut non intretis in temptationem.

Spꝰ quidem promptus est. caro autem infirma.

Et iterum abiens orauit eundem sermonem dicens. Et reuersus denuo inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. & ignorabant quid responderent ei.

Et uenit tertio. & ait illis. Dormite iam. & re
quiescite. Sufficit. venit hora. ecce tradetur
filius hominis in manus peccatorum. Surgite
eamus. ecce qui me tradet prope est.

Et adhuc loquente eo uenit iudas scarioth unus
ex duodecim. & cum illo turba multa cum gla
diis & lignis a summis sacerdotibus & a scribis
& a senioribus.

Dederat autem traditor eius signum eis dicens.
Quem cumq; osculatus fuero ipse est tenete eum.
& ducite caute. Et cum uenisset. statim acce
dens ad eum ait. Rabbi. Et osculatus est eum.
At illi manus iniecerunt in eum. & tenuerunt eu.

Vnus autem quidam de circumstantibus educens
gladium percussit seruum summi sacerdotis. &
amputauit illi auriculam.

Et respondens ihc ait illis. Tanquam ad latronem
existis cum gladiis & lignis. comprehendere me.
Cotidie eram apud uos in templo docens. & non
me tenuistis. Sed ut impleantur scripture.

Tunc discipuli eius relinquentes eum omes fugerunt.

Adolescens autem quidam sequebatur eum amic
tus sindone super nudo. & tenuerunt eum. At
ille relicta sindone nudus profugit abeis.

Et adduxerunt ihm ad summum sacerdotem. &
conuenerunt omnes sacerdotes & scribe & seniores.

Petrus autem alongt secutus est eum usq: in atriũ summi sacerdotis· & sedebat cum ministris· & calefaciebat se ad ignem·

Summi uero sacerdotis & omne concilium querebant aduersus ihm testimonium ut eum morti traderent· nec inueniebant· Multi enim falsũ testimonium dicebant aduersus eum· & conuenientia testimonia non erant·

Et quidam surgentes falsum testimonium ferebant aduersus eum dicentes· Quoniam nos audiuimus eum dicentem· Ego dissoluam templum hoc manufactum· & p triduum aliud non manufactum redificabo· Et non erat conuenens testimonium illorum·

XIII

TEXSVRGENS SVMMVS sacerdos in medium· interrogauit ihm dicens· Non respondes quicquam ad ea quę tibi obiciuntur ab his·ˢ Ille autem tacebat· & nihil respondit· Rursum summus sacerdos interrogabat eum & dixit ei· Tues xpc filius benedicti·ˢ

Ihs autem dixit illi· Ego sum· Et uidebitis filiũ hominis sedentem ad dextris uirtutis· & uenientem cum nubibus cęli·

Summus autem sacerdos scindens uestimenta sua ait· Quid adhuc desideramus testes·ˢ audistis blasphemiã· quid uobis uidetur·ˢ Qui omnes condemnauerunt

cum esset rum mortis·

R. Mexcm
Y. I
Meccxm
L. cexcm
I. clxxm

Et ceperunt quidam conspuere cum & uelare faciē
eius· & colaphis eum cedere· & dicere ei· Prophetiza·
Et ministri alapis eum cedebant·

R. Mexcv
Y. I
Meccxm
L. cexci
I. clxxm
Melxm

Et cum esset petrus in atrio deorsum· uenit una ex
ancillis summi sacerdotis· & cum uidisset petrum
calefacientem se· aspiciens illum ait· Et tu cum
ihū nazareno eras· At ille negauit dicens· Neq: scio·
neq: noui quid dicis·

R. Mexcvi
Y. I
Meccxv
L. cexcii
I. clxxv

Et exiit foras ante atrium· & gallus cantauit· Rur
sus autem cum uidisset illum ancilla· cepit dice
re circumstantibus· Quia hic ex illis est· At ille ne
gauit· Et post pusillum· rursus qui asta
bant dicebant petro· Vere ex illis es· nam & galileus
es· Ille autem cepit anathematizare & iurare· quia
nescio hominem istum quem dicitis· Et statim
iterum gallus cantauit·

R. Mexcvii
Y. II
Meccxvi
L. cexiii

Et recordatus est petrus uerbi quod dixerat ei ihe·
priusquam gallus cantet bis· ter me negabis· Et
cepit flere·

R. Mexcviii
Y. II
Meccxvii
L. cexcv

Et confestim mane consilium facientes summi sacer
dotes cum senioribus & scribis & uniuerso concilio·
Vinctum ihm duxerunt & tradiderunt pilato·

R. Mexcviii
Y. I
Meccxviii
L. ccc
I. clxxvi

Et interrogauit eum pilatus· Tu es rex iudeorum·
At ille respondens ait illi· Tu dicis·

R. Mecci
Y. III
Meccxxi
I. clxxx
M. cxcii

Et accusabant eum summi sacerdotes in multis·

R. Mec
Y. I
Meccxx
L. ccci
I. clxxvii

Pilatus autem rursum interrogauit eum dicens:
Non respondes quicquam: Uide in quantis te
accusant. Ihc autem amplius nihil respondit.
Ita ut mirarentur pilatus.

R. Ecce
V. Ecce
Lecc viii

Per diem autem festum dimittere solebat illis unu
ex uinctis quemcumq; petissent.

R. Ecce
V. Ecce
Ielxxxiii

Erat autem qui dicebatur barabbas qui cum seh
ditiosis erat uinctus: qui in seditione fecerat homici
dium. Et cum ascendisset turba: cepit rogare
sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respon
dit eis & dixit: Uultis dimittam uobis regem
iudeorum? Sciebat enim quod per inuidiam
tradidissent eum summi sacerdotes.

R. Ecce
V. Ecce
Lecc x
Ielxxxiii

Pontifices autem concitauerunt turbam ut ma
gis barabban dimitteret eis.

R. Ecce
V. Ecce
Lecc xi
Ielxxxiii
Tecc iii

Pilatus autem iterum respondens ait illis: Quid g
uultis faciam regi iudeorum? At illi clamauerun
iterum: Crucifige eum. Pilatus autem dicit eis:
Quid enim malefecit? At illi magis clamabant:
Crucifige eum.

R. Ecce
V. Ecce
Lecc xii
Ielxxxiii

Pilatus autem uolens populo satisfacere dimisit
illis barabban: & tradidit ihm flagellis cesum ut
crucifigatur.

R. Ecce
V. Ecce
Ielxxxv
Telxxxvi

Milites autem duxerunt eum intro in atrium preto
ri: & conuocant totam cohortem: & induunt eum
purpura: & imponunt ei plectentes spineam coro

nam · & ceperunt salutare eum · Ave rex iudeorum.
Et percutiebant capit eius harundine · & con
spuebant eum · & ponentes genua adorabant eum.

Et postquam illuserunt ei exuerunt illum pur
pura · & induerunt illum vestimentis suis · & edu
cunt illum ut crucifigerent eum ·

Et angariaverunt praetereuntem quempiam sy
monem cyrenaeum venientem de villa patrem
alexandri & rufi · ut tolleret crucem eius ·

Et perducunt illum in golgotha locum · quod est
interpretatum caluarie locus ·

Et dabant ei bibere vinum myrratum · & n̄ accepit ·

Et crucifigentes eum diviserunt vestimenta eius
mittentes sortem super eis quid quis tolleret ·

Erat autem hora tertia · & crucifixerunt eum ·

Et erat titulus causae eius inscriptus · rex iudeorum ·

Et cum eo crucifigunt duos latrones unum a dex
tris · & alium a sinistris eius ·

Et adimpleta est scriptura quae dicit · Et cum im
quis reputatus est ·

Et praetereuntes blasphemabant eum moventes
capitaria & dicentes · Vvah · qui destruit tem
plum · & in tribus diebus aedificat · Salvum fac te
metipsum · descendens de cruce ·

Similiter & summi sacerdotes ludentes ad alterv
trum cum scribis dicebant · Alios salvos fecit · se

ipsum non potest saluum facere. Si xpc rex israel
est descendat nunc de cruce. ut uideamus & credam.
Et qui cum eo crucifixi erant conuiciabantur ei.
Et facta hora sexta tenebre facte sunt per totam terram
usq; in horam nonam.
Et hora nona exclamauit ihc uoce magna dicens.
Heloy. heloy. lemasabactani. Quod est interpretatum. Ds meus. ds meus. vt quid dereliquisti me. Et quidam de circumstantibus audientes
dicebant. Ecce helyam uocat.
Currens autem unus & implens spongiam aceto
circumponensq; calamo potum dabat ei dicens.
Sinite uideamus si ueniat helias ad deponendum eum. Ihc autem emissa uoce magna expiauit.
Et ecce uelum templi scissum est in duo. a sursum usq;
deorsum. Videns autem centurio qui ex aduerso stabat quia sic clamans expirasset ait. Vere homo hic filius di erat.
Erant autem & mulieres de longe aspicientes. inter quas erat maria magdalena & maria iacobi
minoris. & ioseph mater. & salome. Et cum esset
in galilea sequebantur eum & ministrabant ei.
& alie multe que simul cum eo ascenderant
ierosolimam.
Et cum iam sero esset factum. quia erat parasceue
quod est ante sabbatum. uenit ioseph ab arimathia

nobilis decurio · qui & ipse erat expectans regnũ
di · & audacter introiit ad pilatum · & petiit cor
pus ihv · Pilatus autem mirabatur · si iam obisset ·
Et accersito centurione interrogauit eum si iam
mortuus esset · Et cum cognouisset a centurione ·
donauit corpus ioseph ·

R Ꝑ cc xxviii
T i
Ꝑ cccl viii
L cccxxxiii
I cc viii

Joseph autem mercatus sindonem · & deponens eũ
inuoluit sindone · & posuit eum in monumento
quod erat excisum de petra · & aduoluit lapidem
ad ostium monumenti ·

R Ꝑ cc xxviii
V vi
Ꝑ ccc l

Maria autem magdalene & maria ioseph aspicie
bant ubi ponerentur ·

R Ꝑ cc xxxv
V viii
L ccc xxxv

Et cum transisset sabbatum Maria magdalena
& maria iacobi & salome emerunt aromata · ut
uenientes ungerent eum ·

R Ꝑ cc xxxvi
T i
Ꝑ ccc lii
L ccc xxxvi
I cc viii

Et ualde mane una sabbatorum ueniunt ad monu
mentum · orto iam sole · Et dicebant ad inuicem ·
Quis reuoluet nobis lapidem a hostio monumen
ti · Et respicientes · uiderunt reuolutum lapide ·
Erat quippe magnus ualde · Et introeuntes
in monumentum · uiderunt iuuenem sedentem
in dextris cooperatum stola candida · & obstupuer:

R Ꝑ cc xxxvii
T ii
Ꝑ ccc liii
L ccc xxxvii

Qui dicit illis · Nolite expauescere · Iesum quaeritis
nazarenum · crucifixum · surrexit · non est hic ·
Ecce locus · ubi posuerunt eum · Sed ite dicite
discipulis eius & petro · quia praecedet uos in gali

S. Ccxxxiii
T. II
Ccc lviii
Lccc xxxviii

tcam· Ibi eum uidebitis sicut dixit uobis·
Et ille exeuntes fugerunt de monumento· intuase
rat enim eas tremor & pauor· & nemini quicquã
dixerunt· Timebant enim· Surgens autem mane
prima sabbati apparuit primo mane magdalene
de qua eiecerat septem dyemonia·
Illa uadens nunciauit his qui cum eo fuerant· lu
gentibus & flentibus· Et illi audientes quia uiue
ret & uisus esset ab ea· non crediderunt· Post hec
autem duobus ex eis ambulantibus ostensus est
in alia effigie eunti bus in uillam· Et illi euntes
nunciauerunt ceteris· nec illis crediderunt·

A Ccxxxiiii
N
Solus

Nouissime recumbentibus illis undecim apparuit
& exprobrauit incredulitatem illorũ & durciã cordis·
quia his qui uiderant eum resurrexisse ñ crediderãt·
& dixit eis· Euntes in mundũ uniuersum· pdicate
euangelium omni creature· Qui crediderit & bab
tizatus fuerit saluus erit· Qui uero ñ crediderit· con
demnabitur· Signa autem eos qui crediderint· hec
sequentur· In nomine meo dyemonia eiicient· linguis
loquentur nouis· serpentes tollent· Et si mortifer
quid biberint· ñ eos nocebit· Super egros manus im
ponent· & bene habebunt· Et dñs quidem iesus post
quam locutus est eis· ascendit in celũ· & sedet ad dextris
dei· Illi autem profecti pdicauerũt ubiq; dño cooperante·
& sermonem confirmante sequentibus signis·

INCIPIT PREFATIO SCĪ LUCAE·

LUCAS SYRUS

ANTIOCENSIS ARTE MEDICUS·

discipulus apostolorum· postea pau
lum secutus usq: ad confessionem eius· seruiens
dnō sine crimine· Nam neq: uxorem unquam
habens neq: filios· septuaginta & quatuor annos
obiit in bithinia· plenus spū scō· Qui cum scrip
ta essent euangelia p matheum quidem in iudea·
per marcum autem in italia scō instigante spū
in achaiae partibus hoc scripsit euangelium·
significans eam ipse in principio ante alia ēt
descripta· Cui extra ea quę ordo euangelicę dis
positionis exposcebat ea maxime necessitas laboris
fuit· ut primum grecis fidelibus omni p phetam
one uenturi in carnem di xpi manifestata esset
humanitas· ne iudaicis fabulis intenti in solo legis
desiderio tenerentur· ne uetericis fabulis & stul
tis sollicitationibus seduci excederent auerterent
elaborarit· Ob hinc ut in principio euangelii iohan
nis naturam presumpta cui euangelium scribe
ret· & in quo electus scriberet indicaret· contestans
in se esse completa· quę essent ab alius inchoata·
Cui ideo post baptismum filii di apparitione ge
nerationis in xpo implere repetendę a principio

natiuitatis humanę potestas pmissa est· vt re
quirentib; demonstrare· inquo apprehendens
erat pnathan filium interrorum recurrentis in
dñm generationis admisso in disptibilis dí· ut pre
dicans inhominib; xpm suum pfecti opus ho
minis redire in se pfilium faceret· qui pdauid
patrem uenientib; ter pbebat in xpo· Cui lucę
non immerito etiam scribendorum apostolicorꝫ
actuum potestas in mysterio datur· ut do in
dñm plenio & filio pditionis extincto· oratione ab
aplis facta sorte dñi electionis numerus comple
retur· sicq: paulus consummationem aplicis ac
tibus dare· quem diu contra stimulum recalci
trantem dñs elegisset· Quod legentib; ac requiren
tibus dm & si psingula expedire anobis uile fu
erit· scientes tamen quod operantem agricolam
oportet de fructib; suis edere uitamus publicam
curiositatē· ne nontam uolentib; dm uiderem
quam fastidientibus prodesse·

INCIPIUNT CAPITULA·

ZACHARIAS VISO ANGELO QUIA NON CREDIDIT ·I·
obmutuit· Elisabeth uxor eius concepit· Maria
quoq: de spu sco cū concepisset salutauit elisabeth· elisabeth
salutata pphetauit & peperit· Et ut nom filii sui iobis Za
charias scripsit locutus ē & pphetauit· Maria peperit· infantē
in sepio posuit· Angls pastorib; nunciat· illi adorant· octaua

die circumcidtur·

·II· Symeon iustus xpm benedicit· Anna uidua multa de xpo ppheat·
Hic annos duodecim in templo cum doctoribus inuenitur·

·III· Anno quintodecimo tyberii cesaris pilato curante iohannes baptista
penitentiam pdicat· & xpm uenturum designat· Hic baptizatur· sps
scs in specie columbe uidet· Patris etiam uox audtur·

·IIII· Hic ductus in desertum ·xl· diebus iuunatur· & a diabolo temptatur·
Reuersus in galileam docet sabbatis· Apud capharnaum hominem a dooemo
nio liberat· Socrum symonis & multos male habentes curat· & doemonia
se confitentia increpat· Petrum iacobum & iohem elegit· Ipsum mundat·

·V· Paralyticum dimissum per tectum curat· Leui publicanum uocat· apud quem
murmurantibus pharisei cenat· De ieunio disputat· Hominem manum
aridam habentem curat· in oratione pnoctat· Apostolos elegit· Iur
bas alloquitur· Beatitudinem quorundam & alios infelicitatem narrat· &c·

·VI· Centurionis puerum curat· Viduae filium suscitat· Iohis discipulos mittit
ad ihm· Hic de iohanne loquitur· Mulier peccatrix pedes ihu lauat·
Similitudinem seminantis die· lucernam sup candelabrum ponendam·
In mari tempestatem sedat· hominem a legione domonum liberat·

·VII· Iairi filiam dum irit resuscitat· mulierem a pfluuio liberat· puellam mortuam
·VIII· Mittit discipulos pdicare· Herodes mirat· In deserto v· milia pascit· Inter
rogat quem se homines dicant & a petro xpm declarat· Relictis omnibus se
sequi admonet· Quosdam designat mortem non gustaros donec uideant regnum di

·VIIII· In monte transfiguratur· & uox de celo audtur· Puerum lunaticum
liberat· & se tradendum pnunciat· Samaritanis non recipitur· &c·

·X· Septuaginta duos ad pdicandum mittit· Omnia sibi tradita a patre dicit·
Magistro temptanti parabolam uulnerantis pponit· Marie parti con
Laudat·

·XI· Oratione docet cũ parabola importune petentis panẽ· dæmonium
eiciens a phariseis calumniatus signũ ionę & regine austri & nini
uitarũ diẽ· Apud phariseũ manducatus lauandũ qd intẽ ẽ pnunciat·
phariseis monet cẽ cauendũ· nec timendos ẽ qui corpus occidunt·
& nagantẽ se negaturũ· & peccata in spũ sco ñ remittendũ· Sy
militudinẽ ei cui multa data s· & de crastino ñ cogitandũ· & de
fideli dispensatore· Ignẽ se diẽ mittere super terrã· & mẽitandũ eũ
·XII· Sub exemplo galileorũ occisorũ monet agere pnitentiã· & aduersario·
subiungens parabolã infructuose ficulnę· De muliere curua sana
ta· & de grano sinapis· & de fermento similitudo· Herodẽ uulpẽ
uocat· & ppheta extra ierlm ñ perire indicat· & ierlm increpat·
·XIII· Sabbato ydropicũ curat· & monet mutatorẽ p pauperib;· & pa
rabolam subiungit turrim edificare uolentis· & regis·
·XIIII· Sal fatuũ esse ñ debere· similitudinẽ ponit pastoris ouẽ quærentis·
& de dragma mulieris· & de pdigo filio· & uxorẽ ñ dimittendã·
·XV· Parabola de diuite & lazaro· & peccanti fri remittendũ ẽ· De rem
lepsi curantẽ· Regnũ di subito ueniturũ diẽ· Similitudinẽ uiduę
& iudicis iniq· & duorũ in templo orantũ· & cameli & diuitis· & omia re
·XVI· Discipulis sibi uenia indicat· cęcũ curat· Zacheũ clandat· & mitenda·
Similitudinẽ narrat illi q decẽ minas seruis suis distribuit· Sup pullũ
asinę sedit· & sup ierlm fleuit· De templo uendentes & ementes eicit·
A phariseis interrogatus de baptismo iohis interrogat· Parabolã sub
iungit de uinea & de agricolis· & de seruis & filio occisis· & de lapide
·XVII· Tempptatus de tributo respondit· & de muliere quę vii· uiros & reprobatũ·
habuit· Viduã conlaudat· De futura pscutione & fine sęli disputat·
·XVIII· De die ãtimoriũ adppinquante· & de iuda tempus tradendi ponente·

pœnitentia sibi pmissa. Discumbentib; discipulis dñs sacramentũ panis
& calicis ostendit. Ac traditorẽ designat. Certantib; de gradu cum
preferit quiministratur. & petrũ negaturum predicit. In monte
oliueti orat. & discipulos dormientes excitat.

XVIIII. Iudas tradidit dñm. Passio ihu & sepultura. & resurrectio.
De mulierib; & de angelica uisione. & discipulis dñm infractio
ne panis cognoscentib; De piscc & fauo mellis. Discipulos
admonet ut in templo expectent pmissionẽ patris. Ascensio
ihu ad celos.

Η ΕΟΣ ΛΑ ΧΡΟ
ΟΥΡΑΝΟΥ ΑΥΛΗ

Schön Luann

Li
·X·
Solvs

qui ab initio ipsi uiderunt & ministri fuerunt
sermonis· uisum est & mihi assecuto a principio
omnia diligenter ex ordine tibi scribere optime
theophile· ut cognoscas eorum uerborum de
quibus erudiuis es ueritatem· I

Fit

Solus

FVIT IN DIEBVS
herodis regis iudee sacerdos quidam
nomine Zacharias de uice abia· & ux
or illius de filiabus aaron· & nomen eius
elisabeth· Erant autem iusti ambo ante
dm· incedentes in omnibus mandatis & ius
tificationibus dni sine querela· Et non erat
illis filius· eo quod esset elisabeth sterilis· & am
bo processissent in diebus suis· Factum est autem
cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine
uicis suę ante dm· secundum consuetudinem sacer
dotii sorte exiit ut incensum poneret· ingressus
in templum dni· & omnis multitudo erat populi
orans foris hora incensi· Apparuit autem illi ange
lus dni· stans a dextris altaris incensi· Et Zacharia
turbatus est uidens· & timor irruit super eum·
At autem ad illum angelus· Ne timeas Zacharia·
quoniam exaudita est deprecatio tua· & uxor
tua elisabeth pariet tibi filium· & uocabis nomen
eius iohannem· Et erit gaudium tibi & exultatio·

& multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit
enim magnus coram dño. & uinum & siceram
non bibet. & spu sco replebitur adhuc ex utero
matris suę. & multos filiorum israhel conuertet
ad dnm dm ipsorum. Et ipse precedet ante illu
in spu & uirtute helię. ut conuertat corda patru
in filios. & incredulos ad prudentiam iustorum.
parare dño plebem perfectam. Et dixit zachari
as ad angelum. Vnde hoc sciam. ego enim sum
senex. & uxor mea processit in diebus suis. Et re
spondens angelus. dixit ei. Ego sum gabriel
qui asto ante dm. & missus sum loqui ad te. & hęc
tibi euangelizare. Et ecce eris tacens & non potes
loqui usq; in diem quo hęc fiant. pro quod
non credidisti uerbis meis. quę implebuntur in
tempore suo. Et erat plebs expectans zachariam.
& mirabantur quod tardaret ipse in templo.
Egressus autem non poterat loqui ad illos. & cog
nouerunt quod uisionem uidisset in templo.
Et ipse erat innuens eis. & permansit mutus. Et
factum est ut impleti sunt dies officii eius. abiit
in domum suam. Post hos autem dies concepit el
sabeth uxor eius. & occultabat se mensibus quinq;
dicens. Quia sic mihi fecit dns in diebus quibus
respexit auferre opprobrium meum inter homines.
In mense autem sexto Missus est angelus

gabriel ad ꝯ in ciuitatem galilee cui nomen
nazareth ad uirginem desponsatam uiro cui no
men erat ioseph de domo dauid · & nomen uirgi
nis maria · Et ingressus angelus ad eam dixit ·
Aue gratia plena · dns tecum · benedicta tu in mu
lieribus · Que cum audisset turbata est in sermo
ne eius · & cogitabat qualis esset ista salutatio ·
Et ait angelus ei · Ne timeas maria · inuenisti
enim gratiam apud dm · Ecce concipies in ute
ro & paries filium · & uocabis nomen eius ihm ·
hic erit magnus · & filius altissimi uocabitur ·
Et dabit illi dns ds sedem dauid patris eius · &
regnabit in domo iacob in eternum · & regni eius
non erit finis · Dixit autem maria ad angelum ·
Quomodo fiet istud quoniam uirum ñ cognosco ·
Et respondens angelus · dixit ei · Sps scs superuenie
L ii
tt
ꝯ iii
te · & uirtus altissimi obumbrabit tibi · ideoq; &
quod nascetur ex te sm · uocabitur filius di ·
L iii
x
s. ds
Et ecce elisabeth cognata tua · & ipsa concepit filiũ
in senectute sua · Et hic mensis est sextus illi que uo
catur sterilis · quia non erit impossibile apud dm
omne uerbum · Dixit autem maria · Ecce ancilla
dni · fiat mihi secundum uerbum tuum · Et dis
cessit ab illa angelus · Exurgens autem maria
in diebus illis abiit in montana cum festinatione in
ciuitatem iuda · & intrauit in domum zacharie ·

& salutauit elisabeth. Et factum est ut audiuit
salutationem marie elisabeth exultauit infans
in utero eius. Et repleta est spiu scō elisabeth. &
exclamauit uoce magna & dixit. Benedicta
tu inter mulieres. & benedictus fructus uentris
tui. Et unde hoc mihi ut ueniat mater dñi
mei ad me. Ecce enim ut facta est uox salutatio
nis tue in auribus meis. exultauit in gaudio
infans in utero meo. Et beata que credidit. quō
pficientur ea que dicta sunt ei a dño. Et ait
maria. Magnificat anima mea dñm. Et exulta
uit spūs meus in deo salutari meo. Quia respexit
humilitatem ancille sue. ecce enim ex hoc beatā
me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi
magna qui potens est. & sānm nomen eius. Et mi
sericordia eius a progenie in progenies timentibus
eum. Fecit potentiam in brachio suo. dispersit sup
bos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede.
& exaltauit humiles. Esurientes implenit bonis.
& diuites dimisit inanes. Suscepit israhel puerū
suum recordatus misericordie sue. Sicut locutus
est ad patres nros abraham & semini eius in secula.
Mansit autem maria cum illa quasi mensibus tribus.
& reuersa est in domum suam. Elisabeth autē
impletum est tempus pariendi. & peperit filium.
Et audierunt uicini & cognati eius quia mag

nificauit dñs misericordiam suam cum illa · &
congratulabantur ei · Et factum est indie octa
uo · uenerunt circumcidere puerum · & uocabant
eum nomine patris sui Zachariam · Et respon
dens mater eius dixit · Nequaquam · sed uocabi
tur iohannes · Et dixerunt ad illam · Quia ne
mo est in cognatione tua · qui uocetur hoc no
mine · Innuebant autem patri eius · quem uel
let uocari eum · Et postulans pugillarem · scrip
sit dicens · Iohannes est nomen eius · Et mirati
sunt uniuersi · ℟ Apertum est autem illico os eius
& lingua eius · & loquebatur benedicens dm ·
Et factus est timor super omnes uicinos eorum · &
super omnia montana iudee diuulgabantur om
nia uerba hec · Et posuerunt omnes qui audierant
in corde suo dicentes · Quid putas puer iste erit ·
Etenim manus dni erat cum eo · Et Zacharias
pater eius impletus est spu sco · & pphetauit dices ·
Benedictus dns ds israhel · quia uisitauit & fecit
redemptionem plebi sue · Et erexit cornu salutis
nobis · in domo dauid pueri sui · Sicut locutus est
per os scorum qui a seculo sunt pphetarum eius · Salu
tem ex inimicis nris · & de manu omnium qui ode
runt nos · Ad faciendam misericordiam cum patri
bus nris · & memorari testamenti sui sci · Iusiuran
dum quod iurauit ad abraham patrem nrm dare

rum se nobis· Ut sine timore de manu inimicorū
nostrorum liberati seruiamus illi· In sēcitate &
iustitia coram ipso omnibus diebus nr̄is· Et tu
puer· ꝓpheta altissimi uocaberis· praibis enim
ante faciem dn̄i parare uias eius· Ad dandam sci
entiam salutis plebi eius in rmissionem peccā
torum eorum· Per uiscera misericordiē di nr̄i in
quibus uisitauit nos oriens ex alto· Illuminare
his qui in tenebris & in umbra mortis sedent· ad
dirigendos pedes nr̄os in uiam pacis· Puer autē
crescebat & confortabatur spū· & erat in deserto
usq; in diem ostensionis suę ad israel·
Factum est autem in diebus illis· Exiit edictum
a cesare augusto· ut describeretur universus orbis·
Hęc descriptio prima· facta est a preside syriē cyri
no· Et ibant omnes ut pfiterentur· singuli in
suam ciuitatem· Ascendit autem & ioseph a gali
lea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid
quę uocatur bethleem eo quod esset de domo &
familia dauid· ut pfiteretur cum maria desponsa
ta sibi uxore pregnante· Factum est autem cum
essent ibi· impleti sunt dies ut pareret· & peperit
filium suum primogenitum· & pannis eum involu
it & reclinauit eum in presepio· quia n̄ erat ei locus
in diuersorio· Et pastores erant in regione eadem
uigilantes· & custodientes uigilias noctis super

gregem suum. Et ecce angelus dni stetit iuxta
illos. & claritas di circumfulsit illos. & timue
runt timore magno. Et dixit illis angelus.
Nolite timere. Ecce enim euangelizo uobis gau
dium magnum quod erit omni populo. quia
natus est nobis hodie saluator qui est xpc dns.
in ciuitate dauid. Et hoc uobis signum. Inue
nietis infantem pannis inuolutum. & positum
in presepio. Et subito facta est cum angelo mul
titudo militie celestis. laudantium dm & dicen
tium. Gloria in altissimis do. & in terra pax ho
minibus bone uoluntatis. Et factum est ut dis
cesserunt abeis angeli in celum. Pastores loque
bantur ad inuicem. Transeamus usq; bethlem.
& uideamus hoc uerbum quod factum est. quod
dns fecit & ostendit nobis. Et uenerunt festinan
tes. & inuenerunt mariam & ioseph. & infantem
positum in presepio. Videntes autem cognouerunt
de uerbo. quod dictum erat illis de puero hoc.
Et omnes qui audierunt mirati sunt. de his que
dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem
conseruabat omnia uerba hec. conferens in corde
suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes & lau
dantes dm. in omnibus que audierant & uiderant
sicut dictum est ad illos. Et Postquam con
summati sunt dies octo ut circumcidertur puer.

uocatum est nomen eius ihc · quod uocatum
est ab angelo · priusquam in utero conciperetur:
Et postquam impleti sunt dies purgationis eius
secundum legem moysi · tulerunt illum · in
ierusalem ut sisterent eum dño sicut scriptum
est in lege dñi · quia omne masculinum adape
riens uulua · sctm dño uocabitur: & ut darent
hostiam secundum quod dictum est in lege dñi ·
par turturum · aut duos pullos columbarum ·

TECCE HOMO · II ·

Erat in ierusalem cui nomen symeon ·
Et homo iste iustus & timoratus ex
pectans consolationem israhel · & sps
scs erat in eo · Et responsum acceperat a spu sco ·
non uisurum se mortem nisi prius uideret xpm
dñi · Et uenit in spu in templum · Et cum indu
cerent puerum ihm parentes eius ut facerent
secundum consuetudinem legis pro eo · & ipse acce
pit eum in ulnas suas · & benedixit dñm & dixit ·
Nunc dimittis seruum tuum dñe secundum uer
bum tuum in pace · quia uiderunt oculi mei salu
tare tuum · quod parasti ante faciem omnium
populorum · Lumen ad reuelationem gentium ·
& gloriam plebis tue israhel · Et erat pater eius
& mater mirantes super his que dicebantur de illo ·
Et benedixit illis symeon · & dixit ad mariam

matrem eius· Ecce positus est hic in ruinam &
resurrectionem multorum israhel· & in signum
cui contradicetur· Et tuam ipsius animam per
transibit gladius· ut revelentur ex multis cor
dibus cogitationes· Et erat anna pphetissa filia
phanuel de tribu aser· Hęc processerat in diebus
multis· & vixerat cum viro suo annis septem ab vir
ginitate sua· Et hęc vidua usq; ad annos octo
ginta quatuor· quę non discedebat de templo
laudibus & obsecrationibus seruiens nocte ac die·
Et hęc ipsa hora supueniens confitebatur dno·
& loquebatur de illo omnibus qui expectabant
redemptionem ierusalem· Et ut perfecerunt om
nia secundum legem dñi· reuersi sunt in galileā
in ciuitatem suam nazareth· Puer autem crescebat
& confortabatur· plenus sapientia· Et gratia di
erat in illo· Et ibant parentes eius per omnes
annos in ierusalem in die sollemni paschę·
Et cum factus esset annorum duodecim· ascenden
tibus illis in ierosolimam secundum consuetudi
nem diei festi· consummatisq; diebus cum redirent
remansit puer ihe in ierusalem· & non cognouc
runt parentes eius· Existimantes autem illum
esse in comitatu· uenerunt iter diei· & requirebant
eum inter cognatos & notos· Et non inuenientes
regressi sunt in ierusalem requirentes eum· Et fac

tum est post triduum· inuenerunt illum in tem
plo sedentem in medio doctorum· audientem
illos & interrogantem eos·
Stupebant autem omnes qui eum audiebant·
super prudentia & responsis eius· Et uidentes
admirati sunt·
Et dixit mater eius ad illum· Fili quid fecisti no
bis sic· Ecce pater tuus & ego· dolentes querebā
mus te· Et ait ad illos· Quid est quod me querē
batis· nesciebatis quia in his que patris mei sunt
oportet me esse· Et ipsi non intellexerunt ue
bum· quod locutus est ad illos· Et descendit cum
eis & uenit nazareth· & erat subditus illis· Et
mater eius conseruabat omnia uerba hec· in cor
de suo· Et ihc proficiebat sapientia & etate & gratia
apud dm & homines· III·

ANNO AUTEM
quintodecimo imperii tyberii cesaris
procurante pontio pilato iudeam· te
trarcha autem galilee herode· philippo autem
fratre eius tetrarcha ituree & traconitidis regionis·
& lisania abilene tetrarcha sub principibus sacer
dotum anna & caipha· factum est uerbum dni
super iohannem zacharie filium in deserto·
Et uenit in omnem regionem iordanis predicans
baptismum penitentie in remissionem peccatorū

sicut scriptum est in libro sermonum esaye pphete.
Vox clamantis in deserto · parate viam dñi · rectas
facite semitas eius · Omnis vallis implebitur · &
omnis mons & collis humiliabitur · Et erunt pra
ua in directa · & aspera in uias planas · Et uidebit
omnis caro salutare di ·

L xiii
Y v
Ꝑ x

Dicebat autem ad turbas que exibant ut baptiza
rentur ab ipso · Genimina uiperarum · quis ostendit
uobis fugere a uentura ira · Facite ergo fruc
tus dignos penitentie · Et ne cepetis dicere ·
patrem habemus abraham · Dico enim uobis · quia
potest ds de lapidibus istis suscitare filios abrahe ·
Iam enim securis ad radicem arborum posita est ·
Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum ex
cidetur · & in ignem mittetur ·

L xiiii
x
Salve

Et interrogabant eum turbe dicentes · Quid ergo
faciemus · Respondens autem dicebat illis · Qui
habet duas tunicas · det non habenti · Et qui habet
escas · similiter faciat · Venerunt autem & publica
ni ut baptizarentur · & dixerunt ad illum · Ma
gister · quid faciemus · At ille dixit ad eos · Nihil
amplius quam quod constitutum est uobis facia
tis · Interrogabant autem eum & milites dicentes ·
Quid faciemus & nos · Et ait illis · Neminem con
cutiatis · neq; calumniam faciatis · & contenti esto
te stipendiis uris · Existimante autem populo &

cogitantibus omnibus in cordibus suis de iohanne
ne forte ipse esset xpc· respondit iohannes dicens omib;
L x Y i ℳ xi ♃ xiii I xii Ego quidem aqua babtizo uos· uenit enim fortior
me· cuius non sum dignus soluere corrigiam cal
ciamentorum eius· ipse babtizabit uos in spu sco
L xi Y v ℳ xii Cuius uentilabrum in manu eius· & pur Z & igne·
gabit aream suam· & congregabit triticum in
horreum suum· paleas autem comburet igni in
extinguibili· Multa quidem & alia exhortans
euangelizabat populo·
L xii Y ii ℳ xiiii ♃ i viii Herodes autem tetrarcha cum corriperetur ab illo de
herodiade uxore fratris sui & de omnibus malis
que fecit herodes· adiecit & hoc supra omnia· &
inclusit iohannem in carcere·
L xiii Y i ℳ xiiii ♃ v I xv Factum est autem cum babtizaretur omnis populus·
& ihu babtizato & oranti· apertum est celum· &
descendit sps sc̃s corporali specie sicut columba in
ipsum· Et uox de celo facta est· Tues filius meus di
lectus· in te complacuit mihi·
L xiiii Y iii ℳ i I xl iii & v Et ipse ihc erat incipiens quasi annorum triginta·
ut putabatur filius ioseph· Qui fuit heli·
Qui fuit mathath· Qui fuit leui· Qui fuit melchi·
Qui fuit iamne· Qui fuit ioseph· Qui fuit mathathie·
Qui fuit amos· Qui fuit naum· Qui fuit esli·
Qui fuit naggi· Qui fuit maath· Qui fuit mathathie·
Qui fuit semei· Qui fuit ioseph· Qui fuit ioda·

Qui fuit iohanna· Qui fuit resa· Qui fuit zorobabel·
Qui fuit salathiel· Qui fuit neri· Qui fuit melchi·
Qui fuit addi· Qui fuit cosan· Qui fuit helmodan·
Qui fuit her· Qui fuit iesu· Qui fuit eliezer·
Qui fuit iorim· Qui fuit mathat· Qui fuit leui·
Qui fuit symeon· Qui fuit iuda· Qui fuit ioseph·
Qui fuit iona· Qui fuit eliacim· Qui fuit melea·
Qui fuit menna· Qui fuit mathatha· Qui fuit nathan·
Qui fuit dauid· Qui fuit iesse· Qui fuit obed·
Qui fuit booz· Qui fuit salmon· Qui fuit naason·
Qui fuit amminadab· Qui fuit aram· Qui fuit esrom·
Qui fuit phares· Qui fuit iudę· Qui fuit iacob·
Qui fuit ysaac· Qui fuit abrahę· Qui fuit thare·
Qui fuit nachor· Qui fuit seruch· Qui fuit ragau·
Qui fuit faleth· Qui fuit eber· Qui fuit sale·
Qui fuit cainan· Qui fuit arfaxat· Qui fuit sem·
Qui fuit noe· Qui fuit lameth· Qui fuit matusalę·
Qui fuit enoch· Qui fuit iared· Qui fuit maleleel·
Qui fuit cainan· Qui fuit enos· Qui fuit seth·
Qui fuit adam· Qui fuit di· IIII·

L. xv
Ⓣ ii
Ⓓ xv
Ⓔ vi

HC AVTEM PLEN SPV SCO
rugressus est ab iordane· & agebatur in spu in deser
tum diebus quadraginta· & tentabatur a diabolo·
L. xvi
Ⓣ v
Ⓓ xv
Et nihil manducauit in diebus illis· Et consumma
tis illis esurit· Dixit autem illi diabolus· Si filius
dei es· dic lapidi huic ut panis fiat· Et respondit

ad illum ihe· Scriptum est· quia non in pane
solo uiuit homo· sed in omni uerbo di· Et dux
it illum diabolus & ostendit illi omnia regna
orbis terre in momento temporis· & ait ei· Tibi
dabo potestatem hanc uniuersam & gloriam
illorum quia mihi tradita sunt· & cui uolo do
illa· Tu ergo si adoraueris coram me· erunt tua
omnia· Et respondens ihe dixit illi· Scriptum
est· dñm dm tuum adorabis· & illi soli seruies·
Et duxit illum in ierusalem· & statuit eum
supra pinnam templi· & dixit illi· Si filius di es·
mitte te hinc deorsum· Scriptum est enim· qd
angelis suis mandauit de te ut conseruent te·
& quia in manibus tollent te· ne forte offendas
ad lapidem pedem tuum· Et respondens ihe ait
illi· Dictum est· non temptabis dñm dm tuum·
Et consummata omni temptatione· recessit dia
bolus a illo usq: ad tempus·

Lxvii
Y 1
Oxxiii
K
Oxxvii
Ixlvi

Et regressus est ihe in uirtute spꝰ in galileam· & fa
ma exiit per uniuersam regionem de illo· Et ip
se docebat in synagogis eorum· & magnificaba
tur ab omnibus·

Lxviii
X
Solus

Et uenit nazareth ubi erat nutritus· & intrauit
secundum consuetudinem suam die sabbati in
synagogam· & surrexit legere· Et traditus est
illi liber esayę ꝓphetę· Et ut reuolut librum·

inuenit locum ubi scriptum erat · Spꝰ dñi supme
propter quod unxit me · euangelizare pauperib;
misit me · sanare contritos corde · predicare capti
uis remissionem · & cecis uisum · dimittere confrac
tos in remissionem · predicare annum dñi acceptũ ·
& diem retributionis · Et cum plicuisset librum
reddidit ministro · & sedit · Et omnium in syna
goga oculi erant intendentes in eum · Cepit autẽ
dicere ad illos · Quia hodie impleta est hec scriptu
ra in auribus uestris ·

Lxxviii
r 1
ꝗ exl
s
ꝗ 1
i 1 xvi

Et omnes testimonium illi dabant · Et mirabantur
in uerbis gratie que procedebant de ore ipsius · & di
cebant · Nonne hic est filius ioseph ·

Lxx
x
Sole

Et ait illis · Vtiq; dicetis mihi hanc similitudinem ·
Medice · cura te ipsum · Quanta audiuimus facta
in capharnaum · fac & hic in patria tua ·

Lxxi
r 1
ꝗ exlu
s
ꝗ 1
i xxxv

Ait autem · Amen dico uobis · quia nemo ꝓpheta
acceptus est in patria sua ·

Lxxi
x
Sole

In ueritate dico uobis · multe uidue erant in diebus
helie in israhel quando clausum est celum annis
tribus & mensibus sex · cum facta esset fames mag
na in omni terra · & ad nullam illarum missus est
helias nisi in sarepta sydonie ad mulierem ui
duam · Et multi leprosi erant in israhel sub heliseo
propheta · & nemo eorum mundatus est · nisi nea
man syrus · Et repleti sunt omnes in synagoga ira ·

hęc audientes. Et surrexerunt. & eiecerunt illum
extra ciuitatem. & duxerunt illum usq; ad super
cilium montis supra quem ciuitas illorum erat edi
ficata. ut precipitarent eum. Ipse autem transiens
per medium illorum ibat.

Lxxiii
k viii
Ꝑ xii

Et descendit in capharnaum ciuitatem galilee.
ibiq; docebat eos sabbatis.

Lxxiiii
v ii
Ꝑ lxxii
k
Ꝑ xiii

Et stupebant in doctrina eius. quia in potestate
erat sermo ipsius.

Lxxv
k viii
Ꝑ xiiii

Et in synagoga erat homo habens dæmonium im
mundum. & exclamauit uoce magna dicens.
Sine. quid nobis & tibi iesu nazarene. venisti per
dere nos. Scio te qui sis. sanctus dei. Et increpauit illi
ihesus dicens. Obmutisce & exi ab illo. Et cum pro
iecisset illum dæmonium in medium exiit ab illo.
nihilq; illum nocuit. Et factus est pauor in om
nibus. & colloquebantur ad inuicem dicentes.
Quod est hoc uerbum. quia in potestate & uirtute
imperat immundis spiritibus. & exeunt. Et diuul
gabatur fama de illo in omnem locum regionis.

Lxxvi
v ii
Ꝑ lxxiii
k x

Surgens autem de synagoga introiuit in domum
simonis. Socrus autem simonis tenebatur mag
nis febribus. & rogauerunt eum pro ea. Et stans sup
illam imperauit febri. & dimisit illam. Et conti
nuo surgens ministrabat illis. Cum sol autem occi
disset. omnes qui habebant infirmos uariis languo

ribus·ducebant illos ad eum·⁊ At ille singulis ma
nus imponens·curabat eos·

L xxxvii
g viii
Ꝑ xxxvii

Exibant autem dæmonia a multis clamantia &
dicentia·Quia tu es filius dei· Et increpans non si
nebat ea loqui·quia sciebant ipsum esse xpm·

L xxxviii
g viii
Ꝑ xxviii

Facta autem die egressus ibat in desertum locum·
& turbæ requirebant eum· Et uenerunt usq; ad
ipsum·& detinebant illum ne discederet ab eis·
Quibus ille ait·Quia & aliis ciuitatibus oportet
me euangelizare regnum dei·quia ideo missus sum·
Et erat prædicans in synagogis galileæ·

L xxxviii
x
s a l v s

Factum est autem cum turbæ irruerent in eum ut
audirent uerbum dei·& ipse stabat secus stagnum
genesareth· Et uidit duas naues stantes secus
stagnum·piscatores autem descenderant & laua
bant retia·⁊ Ascendens autem in unam naum
quæ erat simonis rogauit eum a terra reducere
pusillum·& sedens docebat de nauicula turbas·

L xxxix
e viii
l ccxcii
& cc xviii

Vt cessauit autem loqui·dixit ad simonem·Duc
in altum·& laxate retia uræ in capturam· Et re
spondens simon dixit illi· Præceptor·per totam
noctem laborantes nihil cepimus·in uerbo autem
tuo laxabo rete· Et cum hoc fecisset·concluserunt
piscium multitudinem copiosam· Rumpebatur
autem rete eorum·& annuerunt socis qui erant
in alia naui·ut uenirent & adiuuarent eos·Et

uenerunt·& impleuerunt ambas naueculas ita
ut merguntur·

Lexxi
x
Sels

Quod cum uidisset symon petrus·procidit ad genua
ihv dicens· Exi a me·quia homo peccator sum
dñe· Stupor enim circumdederat eum·& omnes
qui erant cum illo in captura piscium quam cepe
runt· Similiter autem iacobum & iohannem fi
lios zebedei·qui erant socii symonis·

Lxxxii
y ii
ω xxi
k
ω x

Et ait ad symonem ihc· Noli timere·ex hoc iam
homines eris capiens· Et subductis ad terram na
uibus· relictis omnibus secuti sunt eum·

Lxxxiii
y ii
ω lxiii
k
ω xviii

Et factum est cum esset in una ciuitatum·& ecce
uir plenus lepra· Et uidens ihm & procidens in faciem
rogauit eum dicens· Dñe·si uis potes me mundare·
Et extendens manum·tetigit illum dicens· Volo
mundare· Et continuo lepra discessit abeo· Et ip
se precepit illi ut nemini diceret·sed uade ostende
te sacerdoti·& offer pro emundatione tua sicut
precepit moyses in testimonium illis·

Lxxxiiii
y i
ω xxiii
k
ω xxvii
i xl

Perambulabat autem magis sermo de illo·& conue
niebant turbe multe ut audirent·& curarentur
ab infirmitatibus suis·

Lxxxv
y ii
ω cxlviii
k
ω lxvi

Ipse autem secedebat in desertum & orabat·

Lxxxvi
y ii
ω clii
k
ω lxxiii

·V·

In una dierum·& ipse sedebat docens·
Et erant pharisei sedentes & legis doctores

qui uenerant ex omni castello galilee & iudee &
ierusalem · & uirtus erat dñi ad sanandum eos ·

L xxxxvii
℣ i
℟ lxx
℟ xx
i xxxviii

Et ecce uiri portantes in lecto hominem qui erat para
lyticus · & querebant eum inferre · & ponere ante
eum · Et non inuenientes qua parte illum inferrent
pre turba · ascenderunt super tectum · & per tegulas
submiserunt illum cum lecto in medium ante ihm ·
Quorum fidem ut uidit dixit · Homo · remittun
tur tibi peccata tua · Et ceperunt cogitare scribe
& pharisei dicentes · Quis est hic qui loquitur blas
phemias · ℣ Quis potest dimittere peccata nisi solus
ds · ℣ Ut cognouit autem ihe cogitationes eorum ·
respondens dixit ad illos · Quid cogitatis in cordib;
uestris · ℣ Quid est facilius dicere · dimittuntur tibi
peccata · an dicere surge & ambula · ℣ Vt autem scia
tis quia filius hominis potestatem habet in terra
dimittere peccata · ait paralytico · Tibi dico surge ·
tolle lectum tuum · & uade in domum tuam · Et
continuo surgens coram illis · tulit in quo iacebat ·
& abiit in domum suam magnificans dm · Et stu
por apprehendit omnes · & magnificabant dm ·
Et repleti sunt timore dicentes · quia uidimus mi
rabilia hodie ·

L xxxxviii
℣ ii
℟ lxxi
℟ xxi

Et post hec exiit · & uidit publicanum nomine leui
sedentem ad theloneum · & ait illi · Sequere me ·
Et relictis omnibus surgens secutus est eum ·

L xxxviii
Y ii
M lxxvii
R
M xxvi

Et fecit ei conuiuium magnum leui in domo sua·
Et erat turba multa publicanorum & aliorum
qui cum illis erant discumbentes· Et murmura
bant pharisei & scribe eorum dicentes ad discipu
los eius· Quare cum publicanis & peccatoribus
manducatis & bibitis·

L xl
Y ii
M lxxvii
R
M xxvii

Et respondens ihc dixit ad illos· Non egent qui
sani sunt medico· sed qui male habent· Non ue
ni uocare iustos sed peccatores in penitentiam·
At illi dixerunt ad eum· Quare discipuli iohannis
ieunant frequenter & obsecrationes faciunt· simi
liter & pharisaeorum· tui autem edunt & bibunt·
Quibus ipse ait· Numquid potestis filios sponsi
dum cum illis est sponsus facere ieunare· Ven
ent autem dies· & cum ablatus fuerit sponsus ab
illis· tunc ieunabunt in illis diebus· Dicebat
autem & similitudinem ad illos· Quia nemo
commissuram uestimento nouo immittit inues
tamentum uetus· alioquin & nouum rumpit·
& uetri non conuenit commissura a nouo· Et
nemo mittit uinum nouum in utres uetres·
alioquin rumpet uinum nouum utres & ipsum
effundetur· & utres peribunt· Sed uinum nouũ
in utres nouos mittendum est· & utraq: conser
uantur· Et nemo bibens uetus statim uult no
uum· dicit enim· uetus melius est·

L xlv
T II
Ꝑ cxxiii
R
Ꝑ xxiiii

Factum est autem in sabbato secundo primo cum
transiret per sata · uellebant discipuli eius spicas
& manducabant · confricantes manibus · Quidã
autem pharisaeorum dicebant illis · Quid facitis
quod non licet in sabbatis · Et respondens ad eos
ihc dixit · Nec hoc legistis quod fecit dauid cum
esurisset & qui cum eo erant · quomodo intrauit
in domum di & panes ꝓpositionis sumpsit &
manducauit · & dedit his qui cum ipso erant ·
quos non licet manducare nisi tantum sacerdo
tibus · Et dicebat illis · Quia dñs est filius homi
nis etiam sabbati ·

L xlvi
T II
Ꝑ cxxvi
R
Ꝑ xxv

Factum est autem & in alio sabbato ut intraret in
synagogam & doceret · Et erat ibi homo · & ma
nus eius dextra erat arida · Obseruabant autem
scribe & pharisei si in sabbato curaret · ut inueni
rent unde accusarent eum · Ipse uero sciebat cogi
tationes eorum · & ait homini qui habebat ma
num aridam · Surge & sta in medium · Et exur
gens stetit · ꝓ Ait autem ad illos ihc · Interrogo uos ·
si licet sabbatis bene facere an male · animam sal
uam facere an perdere · Et circumspectis omnib;
dixit homini · Extende manum tuam · Et ex
tendit · & restituta est manus eius · Ipsi autem
repleti sunt insipientia · & conloquebantur ad
inuicem quid nam facerent ihu ·

Lxlm
Y ii
Ꝑ exlvm
A
Ꝑ lxvi

Factum est autem in diebus illis exiit in montem
orare · & erat pernoctans in oratione di·

Lxlm
Y ii
Ꝑ lxxx
A
Ꝑ xxx

Et cum dies factus esset · uocauit discipulos suos ·
& elegit duodecim ex ipsis quos & apostolos
nominauit · Symonem quem cognominauit
petrum & andream fratrem eius · Iacobum &
iohannem · philippum & bartholomeum · ma
theum & thomam · iacobum alphei · & symonē
qui uocatur zelotes · iudam iacobi · & iudam
scarioth qui fuit proditor ·

Lxlv
Y i
Ꝑ xxxm
A
Ꝑ xxxvii
I xlvi

Et descendens cum illis stetit in loco campestri · &
turba discipulorum eius · & multitudo copiosa
plebis ab omni iudea & ierusalem · & maritima
& tyri & sydonis · qui uenerant ut audirent eum
& sanarentur a languoribus suis · Et qui uexa
bantur a spiritibus immundis · curabantur ·
Et omnis turba querebat eum tangere · quia
uirtus de illo exibat · & sanabat omnes ·

Lxlvi
Y v
Ꝑ xxxv

Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat ·
Beati pauperes · quia uōrm est regnum di·

Lxlvii
Y v
Ꝑ xxxviii

Beati qui nunc esuritis · quia saturabimini · Beati
qui nunc fletis · quia ridebitis ·

Lxlviii
Y v
Ꝑ xxx

Beati eritis cum uos oderint homines · & cum sepa
rauerint uos & exprobrauerint · & ejecerint nom̄
uestrum tamquam malum pp̄ter filium homi
nis · Gaudete in illa die & exultate · ecce enim mer

ces uestra multa in celo · Secundum hec enim fa
ciebant prophetis patres eorum ·

L. l. solus — Verumtamen uc uobis diuitibus qui habetis con
solationem uram · Uae uobis qui saturati estis ·
quia esuietis · Uae uobis qui ridetis nunc · quia
lugebitis & flebitis ·

L. li. solus — Uae cum bene dixerint uobis omnes homines · se
cundum hec faciebant pphetis patres eorum ·

L. lii. xi — Sed uobis dico qui auditis · Diligite inimicos uros ·
benefacite his qui uos oderunt · benedicite male
dicentibus uos · orate pcalumniantibus uos ·

L. liii. xxxviii — Et qui te percutit in maxillam · prebe & alteram ·
Et abeo qui aufert tibi uestimentum · etiam tu
nicam noli phibere · Omni autem petenti te tri
bue · & qui aufert que tua sunt ne repetas ·

L. liiii. liii — Et prout uultis ut faciant uobis homines · & uos
facite illis similiter ·

L. lv. xli — Et si diligitis eos qui uos diligunt · que uobis est
gratia · nam & peccatores diligentes se diligunt ·
Et si beneficeritis his qui uobis benefaciunt ·
que uobis gratia · Siquidem & peccatores hoc fa
ciunt · Et si mutuum dederitis his a quibus spera
profectus est in regionem longinquam. & ibi dissipa
uit substantiam suam uiuendo luxuriose. Et
postquam omnia consummasset facta est fames
ualida in regione illa. & ipse cœpit egere. Et abiit
& adhesit uni ciuium regionis illius. & misit il
lum in uillam suam ut pasceret porcos. Et cupi
ebat implere uentrem suum de siliquis quas por
ci manducabant. & nemo illi dabat. In se autem
reuersus dixit. Quanti mercenarii in domo pa
tris mei abundant panibus. Ego autem hic fame
pereo. Surgam & ibo ad patrem meum. & dicam
illi. Pater. peccaui in cœlum & coram te. & iam n̄
sum dignus uocari filius tuus. fac me sicut unum
de mercenariis tuis. Et surgens uenit ad patrē
suum. Cum autem adhuc longe esset uidit illū
pater ipsius & misericordia motus est. & accurrens
cecidit super collum eius. & osculatus est eum. Dix
itq; ei filius. Pater. peccaui in cœlum & coram te.
iam non sum dignus uocari filiꝰ tuus. Dixit autē
pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primam
& induite illum. & date anulum in manum eius.
& calciamenta in pedes. Et adducite uitulum sa
ginatum & occidite. & manducemus & epulem-

Quia hic filius meus mortuus fuerat & reuixit·
perierat & inuentus est· Et ceperunt epulari·
Erat autem filius eius senior· in agro· Et cum
uenisset & adpropinquasset domui· audiuit sym
phoniam & chorum· & uocauit unum de seruis·
& interrogauit quae haec essent· Ipse dixit illi·
Frater tuus uenit· & occidit pater tuus uitulū
saginatum· quia saluum illum recepit· Indig
natus est autem· & nolebat introire· Pater ergo
illius egressus· cepit rogare illum· At ille respon
dens· dixit patri suo· Ecce tot annis seruio tibi·
& numquam mandatum tuum praeteriui· &
numquam dedisti mihi hedum· ut cum amicis
meis epularer· Sed postquam filius tuus hic qui
deuorauit substantiam suam cum meretricibus
uenit· occidisti illi uitulum saginatum· At ipse
dixit illi· Fili· tu semper mecum es & omnia mea
tua sunt· Epulari autem & gaudere oportebat·
quia frater tuus hic mortuus erat & reuixit· pe
rierat & inuentus est· Dicebat autem & ad disci
pulos suos· Homo quidam erat diues qui habe
bat uillicum· & hic diffamatus est apud illum·
quasi dissipasset bona ipsius· Et uocauit illum·
& ait illi· Quid hoc audio de te· Redde rationē
uillicationis tuae· iam enim non poteris uillicare·
At autem uillicus intra se· Quid faciam quia

dominus meus auferet a me uilicationem. Fodere non ualeo · mendicare erubesco · Scio quid faciam · vt cum amotus fuero a uilicatione recipiant me in domos suas. Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui · dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit · Centum cados olei · Dixitq; illi · Accipe cautionem tuam · & sede cito scribe quinquaginta · Deinde alii dixit · Tu uero quantum debes? Qui ait · Centum choros tritici · At illi · Accipe litteras tuas · & scribe octoginta · Et laudauit dns uilicum iniquitatis quia prudenter fecisset · quia filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt · Et ego uobis dico · Facite uobis amicos de mammona iniquitatis · ut cum deficeritis recipiant uos in eterna tabernacula · Qui fidelis est in minimo · & in maiori fidelis est · Et qui in modico iniquus est · & in maiori iniquus est · Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis · quod uerum est quis credet uobis? Et si in alieno fideles non fuistis · quod uestrum est quis dabit uobis?

Lectio v dxlviii

Nemo seruus potest duobus dominis seruire · aut enim unum odiet & alterum diliget · aut unum adhaerebit · & alterum contemnet · Non potestis deo seruire · & mammone ·

Luc. xvi. 15

Audiebant autem omnia hæc pharisei qui erant
auari· & deridebant eum· Et ait illis· Vos estis
qui iustificatis uos coram hominibus· ds autem
nouit corda uræ· quia quod hominibus altum
est· abominatio est ante dm·

Luc. xvi. v. xvi.

Lex & ppheta usq; ad iohannem· ex eo regnum di
euangelizatur· & omnis in illud uim facit·

Luc. xvi. v. xvii.

Facilius est autem cælum & terram preterire· quã
delegi unum apicem cadere·

Luc. xvi. v. xviii. Mare. x. Luc. xvi.

Omnis qui dimittit uxorem suam & ducit alterã
mechatur· Et qui dimissam a uiro ducit
mœchatur·

Luc. xvi. v. xix.

XVI

Homo quidam erat
diues & induebatur purpura & bysso·
& epulabatur cotidie splendide· Et erat qui
dam mendicus nomine lazarus· qui iacebat ad
ianuam eius ulceribus plenus· cupiens saturari
de micis quæ cadebant de mensa diuitis· Sed &
canes uenebant· & lingebant ulcera eius· Factũ
est autem ut moreretur mendicus· & portaretur
a angelis in sinum abrahe· Mortuus est autem
& diues· & sepultus est in inferno· Et leuans autem
oculos suos cum esset in tormentis· uidit abraham
a longe· & lazarum in sinu eius· Et ipse clamans
dixit· Pater abraham miserere mei· & mitte lazarũ
ut intinguat extremum digiti sui in aquam &·

refrigerem linguam meam · quia crucior in hac
flamma · Et dixit illi abraham · Fili · recordare
quia recepisti bona in vita tua · & lazarus similiter
mala · Nunc autem hic consolatur · tu vero cruci
aris · Et in his omnibus inter nos & vos chaos
magnum firmatum est · vt hi qui volunt hinc
transire ad vos non possint · neq; inde huc trans
meare · Et ait · Rogo ergo te pater · vt mittas
eum in domum patris mei · habeo enim quinq;
fratres · vt testetur illis ne & ipsi veniant in locum
hunc tormentorum · Et ait illi abraham · Habent
moysen & pphetas · audiant illos · ⁊ Ait ille dixit ·
Non pater abraham · sed siquis ex mortuis ierit ad
eos · penitentiam agent · Ait autem illi · Si moy
sen & pphetas non audiunt · neq; siquis ex mortu
is resurrexerit credent ·

L. exevii
V
Ꝑ. clxxviii

Et ad discipulos suos ait · Impossibile est vt non veni
ant scandala · Vae autem illi p quem veniunt ·
Vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa col
lum eius & pociatur in mare · quam vt scandalizet
vnum de pusillis istis ·

L. exeviii
V
Ꝑ. clxxxiii

Adtendite vobis · Si peccaverit frater tuus increpa
illum · & si penitentiam egerit dimitte illi ·

L. exeviii
V
Ꝑ. clxxxvii

Et si septies in die peccaverit in te · & septies in die
conversus fuerit ad te dicens · poenitet me · dimit

L. ec
V
Ꝑ. clxxxv

Et dixerunt apostoli dño · ⁊ Adauge nobis fidem illi ·

fidem· Dixit autem dn̄s· Si habueritis fidem sic̄
granis sinapis· dicetis huic arbori moro· eradica
re & transplantare in mare· & obedire uobis·
Quis autem ur̄m habens seruum arantem aut pas
centem· qui regresso de agro dicet illi statim·
transi recumbe· & non dicet ei· Para quod cenem·
& precinge te & ministra mihi donec manducē
& bibam· & post hec tu manducabis & bibes·
Numquid gratiam habet seruo illi quia fecit que
ei imperauerat· Non puto· Sic & uos cum feceritis
omnia que precepta sunt uobis· dicite· Serui in
utiles sumus· quod debuimus facere fecimus·
Et factum est Cum iret ierusalem· transibat
per mediam samariam & galileam· Et cum in
grederetur quoddam castellum· occurrerunt ei
decem uiri leprosi· Qui steterunt alongē· & leua
uerunt uocem dicentes· Ihu preceptor· miserere
nostri· Quos ut uidit dixit· Ite· ostendite uos
sacerdotibus· Et factum est dum irent· munda
ti sunt· Vnus autem ex illis ut uidit quia mun
datus est· regressus est cum magna uoce magni
ficans dn̄m· Et cecidit in faciem ante pedes eius·
gratias agens· Et hic erat samaritanus· Respondens
autem ihe dixit· Nonne decem mundati sunt·
& nouem ubi sunt· Non est inuentus qui redire
& dare gloriam dō· nisi hic alienigena· Et ait illi·

Surge uade · quia fides tua te saluum fecit ·

Lecu Dcclv — Interrogatus autem a pharisais · quando uenit
regnum di · Respondit eis & dixit · Non uenit
regnum di cum obseruatione · neq; dicent · Ecce
hic · aut ecce illic · Ecce enim regnum di intra
Lecui Sxlvs — uos est ·

Et ait ad discipulos suos · Venient dies quando de
sideratis uidere unum diem filii hominis · & non
uidebitis ·

Lecuii Dccl Dcxlviii — Et dicent uobis · Ecce hic · ecce illic · Nolite ire ·
neq; sectamini · Fidelia ·

Lecv Dcclvi — Nam sicut fulgur coruscans de subcelo in ea que
subcelo sunt fulget · ita erit filius hominis in
Lecvi Dcclxxiii Dlxxxiii — Primum autem oportet illum multa pati ·
& reprobari a generatione hac ·

Lecvii Dcclxi — Et sicut factum est in diebus noe · ita erit & in diebus
filii hominis · Edebant & bibebant · uxores ducebant · & dabantur ad nuptias · usq; in diem qua
intrauit noe in arcam & uenit diluuium
Lecviii Sxlvs — & perdidit omnes ·

Similiter sicut factum est in diebus loth · Edebant
& bibebant · emebant & uendebant · plantabant
& edificabant · Qua die autem exiit loth a sodo
mis pluit ignem & sulphur de celo · & omnes p
didit · Secundum hec erit qua die filius hom
nis reuelabitur ·

Lectio vii Dominica x Mediana

In illa hora qui fuerit in tecto & uasa eius in domo·
non descendat tollere illa· Et qui in agro simi
liter non redeat retro·

Lectio Sabbati

Memores estote uxoris loth·

Lectio viii Dominica iv

Quicumq; quesierit animam suam saluam facere
perdet eam· Et quicumq; perdiderit illam·
uiuificabit eam·

Lectio v Mediana

Dico uobis· In illa nocte erunt duo in lecto uno·
unus assumetur & alter relinquetur· Duo erunt
molentes in unum· una assumetur· & altera re
linquetur· Duo in agro· unus assumetur· &
alter relinquetur· Et aquilę·

Lectio v Mediana

Respondentes dicunt illi· Vbi dñe· Qui dixit eis·
Vbicumq; fuerit corpus· illuc congregabuntur

Lectio x Solves

Dicebat autem & parabolam ad illos· quo opor
tet semper orare· & non deficere dicens· Iudex qui
dam erat in quadam ciuitate qui deum non time
bat· & hominem non reuerebatur· Vidua autem
quędam erat in ciuitate illa· & ueniebat ad eum
dicens· Vindica me de aduersario meo· Et no
lebat per multum tempus· Post hęc autem dixit
intra se· Et si deum non timeo nec hominem reuer
or· tamen quia molesta est mihi hęc uidua uin
dicabo illam· ne in nouissimo ueniens suggillet
me· Ait autem dñs· Audite quid iudex iniquita
tis dicit· Deus autem non faciet uindictam electo-

suorum clamantium ad se die ac nocte · & patien
tiam habebit in illis · Dico uobis · quia cito faciet
uindictam illorum · Uerumtamen filius homi
nis ueniens putas inueniet fidem in terra ·
Dixit autem & ad quosdam qui in se confidebant
tamquam iusti & aspnabantur ceteros · parabo
lam istam · Duo homines ascenderunt in tem
plum ut orarent · unus pharisaeus · & alter publi
canus · Pharisaeus stans · hec apud se orabat · Ds
gratias ago tibi · quia non sum sicut ceteri homi
num · Raptores · iniusti · adulteri · uelut etiam
hic publicanus · Ieuno bis in sabbato · decimas
do omnium quę possideo · Et publicanus alon
ge stans · nolebat nec oculos ad cęlum leuare · sed
percutiebat pectus suum dicens · Ds ꝓpiciuſ esto
mihi peccatori · Dico uobis · descendit hic iusti
ficatus in domum suam ab ipso ·

L ccxv
T V
Ꝑ cxxxi

Quia omnis qui se exaltat humiliabitur · & qui se
humiliat exaltabitur ·

L ccxvi
T II
Ꝑ cxxxii
R
Ꝑ c vi

Offerebant autem ad illum & infantes · ut eos tan
gerit · Quod cum uiderent discipuli · increpabant
illos · Ihc autem conuocans illos dixit · Sinite pu
eros uenire ad me · & nolite eos uetare · talium
est enim regnum di ·

L ccxvii
T II
Ꝑ clxxxiii
R
Ꝑ c vi

Amen dico uobis · quicumq; non accepeit reg
num di sicut puer · non intrabit in illud ·

Lectio vii Dominica x Luc.

Et interrogauit eum quidam princeps dicens·
Magister bone·quid faciens uitam aeternam
possidebo·? Dixit autem ei ihc·Quid me dicis
bonum·? Nemo bonus·nisi solus ds·Mandata
nosti·? Non occides·non moechaberis·non fur
tum facies·non falsum testimonium dices·bono
ra patrem tuum & matrem·Qui ait·hec omia
custodiui a iuuentute mea·

Lectio vii Dominica x Luc.

Quo audito ihc ait ei·Adhuc unum tibi deest·
Omnia quecumq: habes uende & da pauperibus·
& habebis thesaurum in celo·& ueni sequere me·

Lectio vii Dominica x Luc.

His ille auditis contristatus est·quia diues erat ual
de·Videns autem ihc illum tristem factum·dixit·
Quam difficile qui pecunias habent in regnum
di intrabunt·? Facilius est enim camelum per fora
men acus transire·quam diuitem intrare in reg
num di·Et dixerunt qui audiebant·Et quis
potest saluus fieri·? Ait illis·Que impossibilia s
apud homines·possibilia sunt apud dm·Ait
autem petrus·Ecce nos dimisimus omnia·&
secuti sumus te·

Lectio vii Dominica x Luc.

Qui dixit eis·Amen dico uobis·nemo est qui reliq
domum aut parentes·aut fratres·aut uxorem
aut filios·ppter regnum di·& non recipiat mul
to plura in hoc tempore·& in seculo uenturo
uitam aeternam·

Lccxxiii
T ii
Ccci
S
Ccxii

ASSVMPSIT AUTEM IHC ·XVII·
duodecim · & ait illis · Ecce ascendimus
ierosolimam · & consummabuntur omia
que scripta sunt p prophetas de filio hominis ·
Tradetur enim gentibus & illudetur · & flagella
bitur · & conspuetur · Et postquam flagellauc
rint occident eum · & die tertia resurget ·

Lccxxiii
X
s. l. v s

Et ipsi nihil horum intellexerunt · Et erat uerbū
istud absconditum ab eis · & non intellexerunt
que dicebantur ·

Lccxxiii
Y
Ccciii

Factum est autem cum adppinquaret iericho ·
cecus quidam sedebat secus uiam mendicans · Et
cum audiret turbam pertransitem · interroga
bat quid hoc esset · Dixerunt autem ei · quod
ihc nazarenus transiret · Et clamauit dicens ·
IHV fili dauid miserere mei · Et q̄ p̄ibant · increpa
bant eū ut taceret · Ipse ꝗ multo magis clamabat · fili dd̄
miserere mei · Stans aūt ihc iussit eū adduci ad se · Et cū
adppinquasset · interrogauit illū dicēs · Q d̄ t̄ uis faciam ·
At ille dixit · Dne · vt uideam · Et ihc dixit ei ·
Respice · fides tua te saluum fecit · Et continuo
uidit · & sequebatur illum magnificans dm̄ ·
Et omnis plebs ut uidit dedit laudem dō ·

Lccxxv
X
s. l. v s

Et ingressus pambulabat iericho · Et ecce uir no
mine zacheus · & hic erat princeps publicanorū ·
& ipse diues · Et querebat uidere ihm̄ quis esset ·
& non poterat p̄ turba · quia statura pusillus erat ·

Et prouurrens ascendit in arborem sicomo-
rum uidere illum · quia inde erat transiturus ·
Et cum uenisset ad locum · suspiciens ibe uidit
illum · & dixit ad eum · Zachee festinans descen
de · quia hodie in domo tua oportet me manc
re · Et festinans descendit · & excepit illum gau
dens · Et cum uiderent omnes murmurabant ·
dicentes quod ad hominem peccatorum diuer
tisset · Stans autem Zacheus · dixit ad dnm ·
Ecce dimidium bonorum meorum dne do pau
peribus · & siquid aliquem defraudauj · reddo
quadruplum · Ait ibe ad eum · Quia hodie sal
domui huic facta est · eo quod & ipse filius sit abrahe ·
Uenit enim filius hominis querere & saluum fa
cere quod perierat ·
Haec illis audientibus · adiciens dixit parabolam
eo quod esset prope ierusalem · & quia existima
rent quod continuo regnum di manifestaretur ·
Dixit ergo · Homo quidam nobilis abiit in regi
onem longinquam · accipere sibi regnum & reuerti ·
Vocatis autem decem seruis suis dedit illis decem
minas · & ait ad illos · Negociamini dum uenio ·
Ciues autem eius oderant eum · & miserunt lega
tionem post illum dicentes · Nolumus hunc reg
nare super nos · Et factum est ut redire accepto
regno · & iussit uocari seruos quibus dedit pecu

Lectio V. Velum

Lectio X. Solus

Lectio VII. Vel Lectio Velum

Lectio VV. Vel Lex

niam · ut scirem quantum quisq; negociatus esset ·
Venit autem primus dicens · Dñe · mina tua · decem
minas adquisiuit · Et ait illi · Euge bone serue ·
quia in modico fidelis fuisti · eris potestatem ha
bens super decem ciuitates · Et alter uenit dicens ·
Dñe · mina tua · fecit quinq; minas · Et huic ait ·
Et tu esto super quinq; ciuitates · Et alter uenit di
cens · Dñe · ecce mina tua quam habui repositam
in sudario · timui enim te quia homo austeris es ·
tollis quod non posuisti · & metis quod non semi
nasti · Dicit ei · De ore tuo te iudico serue nequam ·
Sciebas quod ego austeris homo sum · tollens quod
non posui · & metens quod non seminaui · Et qua
re non dedisti pecuniam meam ad mensam · Et
ego ueniens cum usuris utiq; exegissem illud ·
Et astantibus dixit · Auferte a illo minam · & da
te illi qui decem minas habet · Et dixerunt illi ·
Dñe · habet decem minas ·

Lccxxx
Tii
Dccclxxi
Ex

Dico autem uobis · quia omni habenti dabitur &
abundabit · a eo autem qui non habet · & quod
habet auferetur a eo ·

Lccxxxi
V
Dccclxxii

Uerumtamen inimicos meos illos qui noluerunt
me regnare super se · adducite huc & interficite an
te me · Et his dictis abiit ascendens ierosolimam ·

Lccxxxii
Tii
Dccci
A
Dccxxii

Et factum est cum adpropinquasset ad bethfage &
bethaniam ad montem qui uocatur oliueti · misit

duos discipulos suos dicens· Ite in castellum quod
contra uos est· In quod intrantes inuenietis pul
lum asine alligatum· cui nemo unquam homi
num sedit· Solite illum & adducite· Et si quis
uos interrogauerit· quare solutis· Sic dicetis ei·
Quia dñs operam eius desiderat·

Lccxxxiii
Y ii
Dccvii
x
Dcxviii

Abierunt autem qui missi erant· & inuenerunt sicut
dixit illis stantem pullum· Soluentibus autem
illis pullum· dixerunt domini eius ad illos· Quid
solutis pullum· Et illi dixerunt· Quia dñs eum
necessarium habet· Et duxerunt illum ad ihm·
& iactantes uestimenta sua super pullum imposu
erunt ihm· Eunte autem illo· substernebant
uestimenta sua in uia·

Lccxxxiiii
Y i
Dccviii
x
Dcxviii
Ic

Et cum ad ppinquare iam ad descensum montis
oliueti· ceperunt omnes turbe descendentium
gaudentes laudare dm uoce magna super omnib;
quas uiderant uirtutibus dicentes· Benedictus
qui uenit rex in nomine dñi· pax in celo· & glo
ria in excelsis·

Lccxxxv
Y v
Dccxviii

Et quidam pharisaeorum de turbis· dixerunt ei·
Magister· increpa discipulos tuos· Quibus ipse ait·
Dico uobis· quia si hi tacuerint· lapides clamabunt·

Lccxxxvi
x
Sclvs

Et ut ad ppinquauit· uidens ciuitatem fleuit super
illam dicens· Quia si cognouisses & tu· Et quidem
in hac die tua que ad pacem tibi· nunc autem

abscondita sunt a oculis tuis. Quia uenient dies
in te. & circumdabunt te inimici tui uallo. &
circumdabunt te & coangustabunt te undique.
& ad terram psternent te. & filios tuos qui in te.
Et non relinquent in te lapidem super lapidem. eo
quod non cognoueris tempus uisitationis tue.
Et ingressus in templum cepit eicere uendentes
in illo & ementes. dicens illis. Scriptum est. quia
domus mea domus orationis est. Uos autem fecis
tis illam speluncam latronum.
Et erat docens cotidie in templo. Principes autem
sacerdotum & scribe & principes plebis querebant
illum perdere. & non inueniebant quid facerent
illi. Omnis enim populus suspensus erat audiens
Et factum est in una dierum docente illum.
illo populum in templo & euangelizante. con
ueneruntque principes sacerdotum & scribe cum
senioribus. & aiunt dicentes ad illum. Die nobis
in qua potestate hec facis. aut quis est qui dedit
tibi hanc potestatem. Respondens autem dixit
ad illos. Interrogabo uos & ego unum uerbum.
respondete mihi. Baptismum iohannis de celo
erat. an ex hominibus. At illi cogitabant inter
se dicentes. Quia si dixerimus de celo. dicet nobis.
Quare ergo non credidistis illi. Si autem dixeri
mus ex hominibus. plebs uniuersa lapidabit nos.

Lcexxxvii
Dcclxii
Dcxxxvii

Lcexxxviii
Dcexi
Dcxxi
Ilxxv

Lcexxxviii
Dcexx
Dcxxii
Ilxxv

Lcexl
Dcexxii
Dcexxvii

Certi sunt enim iohannem ꝓphetam esse· Et
rsponderunt se nesciri unde esset· Et ihc ait
illis· Neq: ego dico uobis· in qua potestate
hec facio·

Lectio
IV
Dcexviii

Cepit autem dicere ad plebem parabolam hanc·
Homo plantauit uineam· & locauit eam colo
nis· & ipse peregre fuit multis temporibus· Et
in tempore misit ad cultores seruum· ut de fruc
tu uineę darent illi· Qui cesum dimiserunt eū
inanem· Et addidit alterum seruum mittere·
Illi autem hunc quoq: cedentes & afficientes con
tumelia dimiserunt inanem· Et addidit tertiū
mittere· Qui & illum uulnerantes eiecerunt·
Dixit autem dominus uineę· Quid faciam· Mit
tam filium meum dilectum· forsitan cum hunc
uiderint uerebuntur· Quem cum uidissent co
lони· cogitauerunt inter se dicentes· Hic est he
res· occidamus illum ut nra fiat hereditas· Et
eiectum illum extra uineam occiderunt· Quid
ergo faciet illis dominus uineę· Ueniet & perdet
colonos istos· & dabit uineam alis· Quo audito
dixerunt illi· Absit· Ille autem aspiciens eos ait·
Quid est ergo hoc quod scriptum est· Lapidem
quem reprobauerunt edificantes· hic factus ē
in capite anguli· Omnis qui ceciderit sup illum
lapidem conquassabitur· Super quem autem

ceciderit · comminuet illum ·

L ccxlii
T i
Ꝑ ccxx
R
Ꝑ cxxxviii
J lxxxviii

Et quærebant principes sacerdotum & scribæ mittere in illum manus illa hora · & timuerunt ppl̃m · Cognouerunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem istam ·

L ccxlii
T ii
Ꝑ ccxxiii
R
Ꝑ cxxx

XVIII

ET OBSERVANTES misserunt insidiatores qui se iustos simularent · vt caperent eum in sermone · & traderent eũ principatui & potestati presidis · Et interrogauerunt illum dicentes · Magister · scimus quia recte dicis & doces · & non accipis p̃sonam · sed in veritate viam di doces · Licet nobis dare tributum cesari annon · Considerans autem dolum illorum · dixit ad eos · Quid me tentatis hypocritæ · Ostendite mihi denarium · Cuius habet imaginẽ & inscriptionem · Respondentes dixerunt · Cesaris · Et ait illis · Reddite ergo quæ cesaris sunt cesari · & quæ di sunt do · Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe · & mirati sunt in responso eius tacuerunt · Accesserunt autem quidam saduccorum qui negant esse resurrectionem · & interrogauerunt eum dicentes · Magister · moyses scripsit nobis · si frater alicuius mortuus fuerit habens uxorem · & hic sine filiis fuerit · ut accipiat eam frater eius uxorem · & suscitet semen fratri suo · Septem ergo fratres erant ·

& primus accepit uxorem & mortuus est sine filiis.
Et sequens accepit illam. & ipse mortuus est sine
filio. Et tertius accepit eam. Similiter & omnes
septem. & non reliquerunt semen. & mortui sunt.
Nouissima omnium mortua est & mulier. In re
surrectione ergo cuius eorum erit uxor? Siqui
dem septem habuerunt eam uxorem. Et ait illis
ihe. Filii huius seculi nubunt & traduntur ad
nupcias. Illi uero qui digni habebuntur seculo
illo & resurrectione ex mortuis neq; nubunt
neq; ducunt uxores. neq; enim ultra mori pote
runt. aequales enim angelis sunt. & filii sunt di
cuntur filii resurrectionis. Quia uero resurgant
mortui & moyses ostendit secus rubum. sicut
dicit. Dnm dm abraham. & dm ysaac. & dm iacob.
Ds autem non est mortuorum sed uiuorum.
Omnes enim uiuunt ei. Respondentes autem qui
dam scribarum dixerunt. Magister bene dixisti.
Et amplius non audebant eum quicquam
interrogare.
Dixit autem ad illos. Quomodo dicunt xpm filiu
dauid esse? Et ipse dauid dicit in libro psalmorum.
Dixit dns dno meo sede ad extris meis. donec po
nam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
Si dauid ergo dnm illum uocat. quomodo filius eius e?
Audiente autem omni populo. dixit discipulis

Lectio
Dccxxvi
Dccxxvii

Lectio
Dccxxvii
Dccxxviii

Lectio
Dccxxviii
Dccxxix

suis. Attendite a scribis qui uolunt ambulare
in stolis. & amant salutationes in foro. & primas
kathedras in synagogis. & primos discubitus
in conuiuiis.

L. ccxlvii
g. viii
Ⓓ. cxxxvi

Qui deuorant domos uiduarum similantes lon
gam orationem. hi accipient maiorem damna
tionem. Respiciens autem uidit eos qui mitte
bant munera sua in gazophilacium diuites.
Vidit autem & quandam uiduam pauperculam
mittentem aera minuta duo. & dixit. Vere dico
uobis. quia uidua hec pauper plusquam omnes
misit. Nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt
munera di. hec autem ex eo quod deest illi om
nem victum suum quem habuit misit.

L. ccxlviii
g. ii
Ⓓ. ccxlu
Ⓓ. cxxxvii

Et quibusdam dicentibus de templo quod lapi
dibus bonis & donis ornatus esset. dixit. Hec
que uidetis uenient dies in quibus non relinque
tur lapis super lapidem qui non destruatur.

L. ccxlviii
g. ii
Ⓓ. ccxlu
Ⓓ. cxxxvii

Interrogauerunt autem illum dicentes. Preceptor.
quando hec erunt. & quod signum cum
fieri incipient. Qui dixit. Videte ne seducamini.
Multi enim uenient in nomine meo dicentes.
Quia ego sum. & tempus adpinquauit. Noli
te ergo ire post illos. Cum autem audieritis prelia
& seditiones. nolite terreri. Oportet primum hec
fieri. sed non statim finis. Tunc dicebat illis. Sur

gent gens contra gentem & regnum aduersus regnum · & erunt motus magni erunt per loca · & pestilentie & fames · terroresq; de celo · & signa magna erunt ·

Lect. xi. Decem. 3. Decem. 4. Lect.

Sed ante hec omnia · iacient uobis manus suas & persequentur uos tradentes in synagogas & custodias · trahentes ad reges & presides propter nomen meum · Continget autem uobis in testimonium ·

Lect. xii. Decem. 5. Decem.

Ponite ergo in cordibus uestris non premeditari quemadmodum respondeatis · Ego enim dabo uobis os & sapientiam · cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarii uri · Trademini autem a parentibus & fratribus & cognatis & amicis · & morte afficient ex uobis · Et eritis odio omnibus propter nomen meum · Et capillus de capite uro non peribit · In patientia ura possidebitis animas uras ·

Lect. x. Solus

Cum autem uideritis circumdari ab exercitu ierusalem · tunc scitote quia adpropinquabit desolatio

Lect. xii. Decem. 5. Decem.

Tunc qui in iudea sunt fugiant in montes · & qui in medio eius discedant · & qui in regionibus non intrent in eam · quia dies ultionis hi sunt · ut impleantur omnia quae scripta sunt ·

Lect. xii. Decem. 5. Decem.

Vae autem pregnantibus & nutrientibus in illis diebus · Erit enim pressura magna super terram · & irapplo

Lect. xii. Decem. 5. Decem. Lect. x. Solus

Et cadent in ore gladii · & captiui ducentur in

omnes gentes. Et ierusalem calcabitur a gentib;
donec impleantur tempora nationum.

Lectio
Dominica
Vel

Et erunt signa in sole & luna & stellis. Et in terris
pressura gentium p confusione sonitus maris &
fluctuum. Arescentibus hominibus pre timore
& expectatione quę supuenient universo orbi.
Nam virtutes celorum mouebuntur.

Lectio
Dominica
Vel

Et tunc videbunt filium hominis venientem in
nube cum potestate magna & maiestate. his
autem fieri incipientibus respicite & leuate ca
pita vra quo ad ppinquat redemptio vestra.
Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam
& omnes arbores cum pducunt iam ex se fructu
semis quo prope est estas. Ita & vos cum videritis
hec fieri scitote quo prope est regnum di. Amen
dico vobis. quia non preteribit generatio hac
donec omnia fiant. Celum & terra transibunt.
verba autem mea non transibunt.

Lectio
Sabbato

Attendite autem vobis ne forte grauentur corda
vestra in crapula & ebrietate & curis huius vite.
& supueniat in vos repentina dies illa. Tamquam
laqueus enim supueniet in omnes qui sedent
super faciem omnis terre. Vigilate itaq: omni tem
pore orantes ut digni habeamini fugere ista
omnia quę future sunt. & stare ante filium ho
minis. Erat autem diebus docens in templo.

noctibus uero exiens morabatur in monte qui
uocatur oliueti. Et omnis populus manicabat
ad eum in templo audire eum. XXVI

Lectio I. Quaerebant. & Dolus Iux

P.P.P.INQUA VERO AUTEM
dies festus azimorum qui dicitur pascha.
Et quaerebant principes sacerdotum & scribae
quomodo eum interficerent. Timebant uero plebem.

Lectio I. Decem & Quinque uersus Iteruu

Intrauit autem satanas in iudam qui cognomi
natur scarioth unum de duodecim.

Lectio II. Decem & Quinque uersus Dels

Et abiit & locutus est cum principibus sacerdotu
& magistratibus. quemadmodum illum trade
ret eis. Et gauisi sunt. & pacti sunt pecuniam
illi dare. Et spopondit. Et quaerebat opportuni
tatem ut traderet eum sine turbis. Venit autem
dies azimorum in qua necesse erat occidi pascha.
& misit petrum & iohannem dicens. Euntes
parate nobis pascha. ut manducemus. At illi
dixerunt. Vbi uis paremus. Et dixit ad eos.
Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem occurret
uobis homo amphoram aquę portans. sequimi
ni eum in domum in quam intrat. & dicetis patri
familias domus. Dicit tibi magister. Vbi est di
uersorium. ubi pascha cum discipulis meis man
ducem. Et ipse uobis ostendet cenaculum mag
num stratum. & ibi parate. Euntes autem inue
nerunt sicut dixit illis. & parauerunt pascha.

Lectio I. Decem & Quinque uersus & Decem & Quinque uersus

Et cum facta esset hora discubuit · & duodecim
apostoli cum eo ·

Lectio sancti Luc

Et ait illis · Desiderio desideraui hoc pascha man
ducare uobiscum · antequam patiar ·

Lectio ccl

Dico enim uobis · quia ex hoc non manducabo il
lud · donec impleatur in regno di · Et accepto
calice gratias egit & dixit · Accipite · & diuidite
inter uos · Dico enim uobis · quod non bibam
de generatione uitis · donec regnum di ueniat ·

Lectio cclxxxviii

Et accepto pane gratias egit & fregit · & dedit eis
dicens · Hoc est corpus meum quod pro uobis da
tur · hoc facite in meam commemorationem ·

Lectio cclxxxx

Similiter & calicem postquam cenauit dicens ·
Hic est calix nouum testamentum in sanguine
meo · qui pro uobis fundetur ·

Lectio cclxxxi

Verumtamen ecce manus tradentis me · mecum est
in mensa · Et quidem filius hominis secundum
quod diffinitum est uadit · Verumtamen uae illi
homini per quem tradetur ·

Lectio cclxxxx

Et ipsi ceperunt querere inter se quis esset ex eis qui
hoc facturus esset ·

Lectio ccc

Facta est autem & contentio inter eos · quis eorum
uideretur esse maior · Dixit autem eis · Reges gen
tium dominantur eorum · & qui potestatem
habent super eos benefici uocantur · Vos autem non
sic · Sed qui maior est in uobis fiat sicut iunior ·

& qui præcessor est · sicut ministrator:

Lectio x Solus

Nam quis maior est · qui recumbit an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio uestrum sum · sicut qui ministrat · Vos autem estis qui permansistis mecum in temptationibus meis · & ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus regnum · vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo ·

Lectio xi Deficiens

Et sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus israhel ·

Lectio xii Solus

Ait autem dns · Symon symon · ecce satanas expetiuit uos ut cribraret sicut triticum · Ego autem pro te rogaui · ut non deficiat fides tua ·

Lectio xiii xiv xv

Et tu aliquando conuersus confirma fres tuos ·

Lectio xv xi Deficiens xiii Solus Lectio xvi

Qui dixit ei · Dne · tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire · Et ille dixit · Dico tibi petre · non cantabit hodie gallus · donec ter abnegres nosse me ·

Lectio xvi x Solus

Et dixit eis · Quando misi uos sine sacculo & pera & calceamentis · numquid aliquid defuit uob? At illi dixerunt · Nihil · Dixit ergo eis · Sed nunc qui habet sacculum · tollat similiter & peram · Et qui non habet uendat tunicam suam · & emat gladium ·

Lectio xvii x viii Deficiens

Dico enim uobis · quo ad huc hoc quod scriptum est oportet impleri in me · & quod cum iniquis

deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me finem habent.

Lccl xxviii Solus

Ait illi dixerunt. Dñe. ecce gladii duo hic.
At ille dixit. Satis est.

Lccl xxviii Ccc xcv Ccl xxii Ccl vi

Et egressus ibat secundum consuetudinem in
montem oliuarum. Secuti s autem illum & discipu-

Lccl xxx Ccc xcvi Ccl xxiv

li cum peruenisset ad locum. dixit illis. Orate. ne
intretis in temptationem.

Lccl xxxi Ccc xciii Ccl xxv Ccl vii

Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapi
dis. & positis genibus orabat dicens.

Lccl xxxii Ccc xcv Ccl xxvi Ccl ii

Pater si uis. transfer calicem hunc a me. Verumta
men non mea uoluntas. sed tua fiat.

Lccl xxxiii Solus

Apparuit autem illi angelus de celo confortans eum.
& factus in agonia. prolixius orabat. Et factus est
sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.

Lccl xxxiiii Ccc xcvi Ccl xxvii

Et cum surrexisset a oratione & uenisset ad disci
pulos suos. inuenit eos dormientes pre tristicia.
& ait illis. Quid dormitis. Surgite orate. ne intre
tis in temptationem. ·x x·

Lccl xxxv Ccc Ccl xxix Ccl viii

ADHVC EO LOQVENTE.
ecce turba & qui uocabatur iudas unus
de duodecim antecedebat eos. Et adpropinqua
uit ihv. ut oscularetur eum.

Lccl xxxvi Ccc Ccl xxx

Ihc autem dixit illi. Iuda osculo filium
hominis tradis.

Lccl xxxvii Ccc Ccl xxxi Ccl x

Videntes autem hi qui circa ipsum erant quod fu
turum erat. dixerunt ei. Dñe. si percutimus in gladio.

Et percussit unus ex illis seruum principis sacerdo
tum · & amputauit auriculam eius dextram ·
Respondens autem ihc ait · Sinite usq; huc ·
Et cum tetigisset auriculam eius · sanauit eum ·
Dixit autem ihc ad eos qui uenerant ad se princi
pes sacerdotum · & magistratus templi · & seniо
res · Quasi ad latronem existis cum gladiis &
fustibus · cum cotidie uobiscum fuerim in templo
non extendistis manus in me · Sed hec est hora
uestra · & potestas tenebrarum ·
Comprehendentes autem eum duxerunt ad domū
principis sacerdotum ·
Petrus uero sequebatur a longe · Accenso autem
igni in medio atrio & circumsedentibus illis ·
erat petrus in medio eorum · Quem cum uidisset
ancilla quedam sedentem ad lumen & eum fixis
set intuita · dixit · Et hic cum illo erat ·
At ille negauit eum dicens · Mulier · non noui illū ·
Et post pusillum · alius uidens eum dixit · Et tu
de illis es · Petrus uero ait · O homo non sum · Et in
terualloo facto quasi hore unus · alius quidam
affirmabat dicens · Vere · & hic cum illo erat · nam
& galilaeus est · Et ait petrus · Homo · nescio quid
dicis · Et continuo adhuc illo loquente
cantauit gallus ·
Et conuersus dns respexit petrum · Et recordatus

est petrus uerbi dñi sicut dixerat· quia priusquã
gallus cantet ter me negabis· Et egressus foras petrus
flevit amare·

Lectio
V I
Dominica
Dominica
I Adventus

Et uiri qui tenebant illum illudebant ei cedentes·
& uelauerunt eum & percutiebant faciem eius·
& interrogabant eum dicentes· Prophetiza· quis
est qui te percussit· Et alia multa blasphemantes
dicebant in eum·

Lectio
V II
Dominica
Dominica

Et ut factus est dies conuenerunt seniores plebis
& principes sacerdotum & scribe· & duxerunt
eum in concilium suum dicentes· Si tu es xpc dic
nobis·

Lectio
V
Solus

Et ait illis· Si uobis dixero non credetis mihi· Si autem
& interrogauero non respondebitis mihi·
neq: dimittetis·

Lectio
V I
Dominica
Dominica
II Adventus

Ex hoc autem erit filius hominis sedens ad dextris
uirtutis di·

Lectio
V
Solus

Dixerunt autem omnes· Tu ergo es filius di· Qui ait·
Vos dicetis· quia ego sum·

Lectio
V II
Dominica
Dominica

At illi dixerunt· Quid ad huc desideramus testimo
nium· Ipsi enim audiuimus de ore eius·

Lectio
V I
Dominica
Dominica
III Adventus

Et surgens omnis multitudo eorum duxerunt
illum ad pilatum·

Lectio
V
Solus

Cperunt autem accusare illum dicentes· hunc
inuenimus subuertentem gentem nrãm· & pro
hibentem tributa dari cesari· & dicentem
se xpm regem esse·

Lectio vi Dominica Quadragesime

Pilatus autem interrogauit eum dicens: Tu es rex iudeorum. At ille respondens ait: Tu dicis.

Lectio vii Feria

Ait autem pilatus ad principes sacerdotum & turbas: Nihil inuenio cause in hoc homine.

Lectio viii Feria

At illi inualescebant dicentes: Commouit populum docens per universam iudeam: & incipiens a galilea usque huc. Pilatus autem audiens galileam interrogauit si homo galileus esset. Et ut cognouit quod de herodis potestate esset remisit eum ad herodem: qui & ipse ierosolimis erat illis diebus. Herodes autem uiso iesu gauisus est ualde. Erat enim ex multo tempore cupiens uidere eum eo quod audiuit multa de illo: & sperabat signum aliquod uidere a eo fieri. Interrogabat autem illum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat.

Lectio ix Dominica

Stabant etiam principes sacerdotum & scribe constanter accusantes eum.

Lectio x Feria

Spreuit autem illum herodes cum exercitu suo: & illusit induens uestem alba: & remisit ad pilatum. Et facti sunt amici herodes & pilatus in ipsa die. Nam antea inimici erant ad inuicem.

Lectio xi Feria

Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum & magistratibus & plebe: dixit ad illos: Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem ppl'm: & ecce ego coram uobis interrogans nullam causa

inuenio in homine isto ex his inquib; eam accusatis.

L cccviii Solus — Sed neq; herodes. Nam remisi vel ad illum. & ecce nihil dignum morte actum est ei.

L cccviii Solus — Emendatum ergo illum dimittam. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum unum.

L cccx Solus — Exclamauit autem simul uniuersa turba dicens. Tolle hunc. & dimitte nobis barabban. Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidium missus in carcerem.

L cccxi Solus — Iterum autem pilatus locutus est ad illos. uolens dimittere ihm. At illi succlamabant dicentes. Crucifige. crucifige illum.

L cccxii Solus — Ille autem tercio dixit ad illos. Quid enim mali fecit iste. Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum & dimittam.

L cccxiii Solus — At illi instabant uocibus magnis postulantes ut crucifigeretur. Et inualescebant uoces eorum.

L cccxiiii Solus — Et pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem quem petebant. Ihm uero tradidit uoluntati eorum.

L cccxv Solus — Et cum ducerent eum. apprehenderunt symonem quendam cyrenensem uenientem de uilla. & imposuerunt illi crucem portare post ihm.

L cccxvi Solus — Sequebatur autem illum turba multa populi & mulierum quæ plangebant & lamentabantur

eum. Conuersus autem ad illas ihc dixit. Filie
ierusalem. nolite flere super me. sed super uos ipsas
flete & super filios uros. quo ecce uenient dies in
quibus dicent. Beate steriles & uentres que non
genuerunt. & ubera que non lactauerunt.
Tunc incipient dicere montibus cadite super nos.
& collibus operite nos. Quia si in uiridi ligno hec
faciunt. in arido quid fiet.

Lcccxvii
Dccxxxvi
Dccxv
Iccxviii

Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo
ut interficerentur.

Lcccxviii
Dccxxxvii
Dccxx
Iccxvii

Et postquam uenerunt in locum qui uocatur
caluarie. ibi crucifixerunt eum.
Et latrones unum ad dextris & alterum a sinistris.

Lccc xviii
Dccxxxvi
Dccxv
Iccxviii

Lccc xx
Dccxxi

Ihc autem dicebat. Pater. dimitte illis.
non enim sciunt quid faciunt.

Lcccxxi
Dccxxxiii
Dccxii
Icci

Diuidentes uero uestimenta eius miserunt sortes.
Et stabat populus expectans.

Lcccxxii
Dccxxxviii
Dccxviii

Et deridebant illum principes cum eis dicentes.
Alios saluos fecit. se saluum faciat si hic est
xpc dei electus.

Lcccxxiii
Dccxl.ii
Dccxxii

Illudebant autem ei & milites accedentes & acce
tum offerentes illi dicentes. Si tu es rex iudeor
saluum te fac.

Lcccxxiiii
Dccxxxv
Dccxxiii
Iccxviii

Erat autem & superscriptio scripta super illum lite
ris greecis & latinis & hebraicis. Hic est rex iudeor.

Lcccxxv
Dccxxxviii
Dccxxiiii

Unus autem de his qui pendebant latronibus

blasphemabat cum dicens: Si tu es xpc: saluum
fac temetipsum & nos:

L. ccc. xxxvi. S. l. v. s.

Respondens autem alter increpabat illum dicens:
Neq: tu times dm: quod in eadem damnatione
es: Et nos quidem iuste: nam digna factis recipi
mus: hic uero nihil mali gessit: Et dicebat ad
ihm: Dne: memento mei dum ueneris in regnu
tuum: Et dixit illi ihc: Amen dico tibi: hodie
mecum eris in paradyso:

L. ccc. xxxvii. ☿ II ☾ ccc. xl. ☉ ccc. xc.

Erat autem fere hora sexta: & tenebre facte sunt
in uniuersa terra usq: in horam nonam: & obscu
ratus est sol:

L. ccc. xxxviii. ☿ II ☾ ccc. xlui. ☉ ccc. xcui.

Et uelum templi scissum est medium:
Et clamans uoce magna ihc ait: Pater in manus
tuas commendo spm meum: Et hec dicens expirauit:

L. ccc. xxxix. ☿ I. ☾ ccc. xlui. ☉ ccc. xcui. I. ccc. ui.

L. ccc. xxx. ☿ II ☾ ccc. xlvi. ☉ ccc. xcv.

Uidens autem centurio quod factum fuerat glori
ficauit dm dicens: Vere: hic homo iustus erat:

L. ccc. xxxi. S. l. v. s.

Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spec
taculum istud & uidebant que fiebant: percu
tientes pectora sua reuertebantur: Stabant au
tem omnes noti eius a longe: & mulieres que se
cute erant cum galilea: hec uidentes:

L. ccc. xxxii. ☿ I. ☾ ccc. xlui. ☉ ccc. xcui. I. ccc. ui.

Et ecce uir nomine ioseph qui erat decurio uir
bonus & iustus: hic non consenserat consilio &
actibus eorum: a barimathia ciuitate iudee: qui
expectabat & ipse regnum dei: hic accessit ad

pilatum · & petit corpus ihv ·

Et depositum inuoluit insindone · & posuit eum in monumento excaso · in quo nondum quisquam positus fuerat ·

Et dies erat parasceues · & sabbatum illucescebat ·

Subsecute autem mulieres que cum ipso uenerant de galilea uiderunt monumentum · & quemadmodum positum fuerat corpus eius ·

Et reuertentes parauerunt aromata & ungenta · & sabbato quidem siluerunt secdm mandatum ·

Vna autem sabbati ualde diluculo uenerunt ad monumentum portantes que parauerant aromata · & inuenerunt lapidem reuolutum a monumento · Et ingresse non inuenerunt corpus dni ihv ·

Et factum est dum mente consternate essent de isto · ecce duo uiri steterunt secus illas in uestem fulgentem ·

Cum timerent autem & declinarent faciem in terram · dixerunt ad illas · Quid quaeritis uiuentem cum mortuis · non est hic · sed surrexit · Recordamini qualiter locutus sit uobis cum adhuc in galilea esset · dicens · Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum · & crucifigi · & die tertia resurgere ·

Et recordate sunt uerborum eius ·

Et regresse a monumento nunciauerunt hec omnia illis undecim & ceteris omnibus ·

L. ccc.xxxvi.
Solus

Erat autem maria magdalene & iohanna · & maria
iacobi · & ceteri que cum eis erant que dicebant
ad apostolos hec · Et uisa sunt ante illos sicut
deliramenta uerba ista · & non credebant illis ·
Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum ·
& procumbens uidit linteamina sola posita · & ab
it secum mirans quod factum fuerat · Et ecce
duo ex illis ibant ipsa die in castellum quod erat
in spacio stadiorum sexaginta ab ierusalem · no
mine emmaus · Et ipsi loquebantur ad inuicem
de his omnib; que acciderant · Et factum est dum
fabulantur & secum quererent · & ipse ihc ad
propinquans ibat cum illis · Oculi autem illorum
tenebantur · ne eum agnoscerent · Et ait ad illos ·
Qui sunt hi sermones quos conferitis ad inuicem
ad inuicem ambulantes · & estis tristes · Et respon
dens unus cui nomen cleopas · dixit ei · Tu solus
peregrinus es in ierusalem · & non cognouisti que
facta sunt in illa his diebus · Quibus ille dixit ·
Que · Et dixerunt · De ihu nazareno · qui fuit uir
propheta potens in opere & sermone coram deo &
omni populo · Et quomodo tradiderunt eum
summi sacerdotes & principes nri in damnationem
mortis · & crucifixerunt eum · Nos autem sperabamus
quia ipse esset redempturus israel · Et nunc
super hec omnia · tertia dies est hodie quod hec facta s.

Sed & mulieres quedam ex nris terruerunt nos · que
ante lucem fuerunt ad monumentum · & non in
uento corpore eius uenerunt dicentes se etiam uisi
onem angelorum uidisse · qui dicunt eum uiuere ·
Et abierunt quidam ex nris ad monumentum ·
& ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt · ipsum
uero non inuenerunt · Et ipse dixit ad eos · O stulti
& tardi corde ad credendum · in omnib; que locuti
sunt pphete · Nonne hec oportuit pti xpm · & ita
intrare in gloriam suam · Et incipiens a moyse &
omnib; pphetis · interpretabatur illis in omnibus
scripturis que de ipso erant · Et appinquauerunt
castello quo ibant · & ipse se finxit longius ire ·
Et coegerunt illum dicentes · Mane nobiscum quo
aduesperasceit · & inclinata est iam dies · Et intrauit
cum illis · Et factum est dum recumberet cum illis ·
accepit panem & benedixit ac fregit · & porrigebat
illis · Et apti sunt oculi eorum & cognouerunt eum · &
ipse euanuit ex oculis eorum · Et dixerunt ad in
uicem · Nonne cor nrm ardens erat in nobis dum
loqueretur in uia · & aperiret nobis scripturas · Et
surgentes eadem hora regressi sunt in iersalem · & inuenerunt
congregatos undecim · & eos qui cum ipsis erant
dicentes · quod surrexit dns uere · & apparuit symoni ·
Et ipsi narrabant que gesta erant in uia · & quo
modo cognouerunt eum in fractione panis ·

L. ccc. xl. viii. l. cc. xvii.

Cum hæc autem loquerentur · ihc stetit in medio eorũ ·
& dicit eis · Pax uobis · Ego sum · nolite timere · Con
turbati uero & conterriti · existimabant se spm uide
re · Et dixit eis · Quid turbati estis · & cogitationes
ascendunt in corda ura · Videte manus meas & pe
des · quia ipse ego sum · Palpate & uidete · quia sps
carnem & ossa ñ habet · sicut me uidetis habere · Et
cum hoc dixisset · ostendit eis manus & pedes ·

L. ccc. xl. viii. l. cc. xxi.

Adhuc autem illis non credentib; & mirantib; pre
gaudio · dixit · Habetis hic aliquid qd manducetur ·
At illi obtulerunt ei partem piscis assi · & fauum
mellis · Et cum manducasset coram eis · sumens
reliquias dedit eis ·

L. ccc. xl. ix. s. l. v.

Et dixit ad eos · Hæc s̃ uerba quæ locutus sum ad uos ·
cum adhuc essem uobiscũ · quõ necesse est impleri
omnia quæ scripta s̃ in lege moysi · & pphetis &
psalmis de me · Tunc aperuit illis sensum ut intel
legerent scripturas · Et dixit eis · Quõ sic scriptum
est · & sic oportebat pti xpm · & resurgere a mor
tuis die tertia · & prædicari in nomine eius pæni
tentiam & remissionem peccatorum in omnes
gentes · incipientibus ab ierosolima · Vos autem
estis testes horum · & ego mitto pmissum patris
mei in uos · Vos autem sedete in ciuitate · quoad
usq; induamini uirtute ex alto · Eduxit autem
eos foras in bethaniam · & eleuatis manibus suis

benedixit eis· Et factum est dum benediceret
illis recessit abeis & ferebatur in celum· Et ipsi
adorantes regressi sunt in ierusalem cum gaudio
magno· & erant semp in templo laudantes &
benedicentes dm· Explicit euangelium
Secundum Lucam·

Incipit prefatio scdm
Iohannem·

Ego est Iohannes
euangelista unus ex discipulis dñi· qui uirgo electus a dño e-
quem de nuptiis uolentem nubere
uocauit dñs· Cui uirginitatis in hoc duplex testi
monium in euangelio datur quod & pcetris
dilectus a dño dicitur· Et huic matrem suam de
cruce commendauit dñs· ut uirgo uirginem
seruaret· Denique manifestans in euangelio quod
erat ipse incorruptibilis uerbi opus inchoans soly
uerbum carnem factum esse· nec lumen a tenebris
comprehensum fuisse testatur· Primum signum
ponens quod in nuptiis fecit dñs· ut ostendens quod
erat ipse legumbus demonstraret· Quod ubi dñs
mutatur deficere nuptiarum uinum debeat·
ut & ueteribus in mutatis noua omnia quae

axpo instituuntur appartant. Hoc autem euan
gelium scripsit in asia postea quam in pathmos
insula apocalypsin scripserat. vt cui in principio
canonis incorruptibile principium in genesi & ia
incorruptibilis finis puirginem in apocalypsi
reddatur. Dicente xpo. Ego sum alpha & ω.
Et hic est iohannes. qui scens supuenisse diem
recessus sui conuocatis discipulis suis in epheso
per multa signorum experimenta promens xpm.
descendens in defossum sepulturę suę locum facta
oratione positus est ad patres suos. tam extraneus
a dolore mortis. quam a corruptione carnis inue
nitur alienus. Tamen post omnes euangelium
scripsit. et hoc uirgini debebatur. Quorum tam
uel scriptorum tempore dispositio vel librorum
ordinatio ideo psingula a nobis non exponitur.
ut sciem desiderio conlocatio. & quertentibus
fructus laboris. & do magistri doctrina seruetur:

Explicit argumentum.

Incipiunt capitula scdm Iohannem.

I. Pharisaeorum tunc interrogant iohannem. Iohannes ibm
uidens agnu di dicit. Et andreas petro dicit. inuenimus messyam.

II. Hic ad nupcias de aqua uinum fecit. De templo nummularios
eiecit. Soluite templum hoc dicens. Nicodemo loquitur
de baptismo & de aliis multis.

III. Hic in iudea baptizat. & iohannes in ennon. Quiq; dicit.

xpm crescere se autem minorari·

·IIII· Ihc cum muliere samaritana loquitur· Prophetam in patria
sua honorem non habere dicit· Et reguli filiū a morte resuscitat·

·V· Apud natatoriam bethsaydam infirmum sanat· ac dicit·
scrutamini scripturas· Et si crederetis moysi crederetis for

·VI· Oc quinq; panib; & duob; piscib; Et qd cum Zsitan & m·
regem facere uoluerunt· Ihc supra mare ambulat· Et de
manna & pane celesti loquitur· Ac credentib; ab eo disci
pulis unum ex duodecim diabolum dicit·

·VII· Scenophegia ibi die festo mediante ascendens in templum
docet· multis etiam de turba credentib; idem clamat· Siqs
sitit ueniat & bibat· Cum ministris & nichodemo princi
pes contendunt· De muliere adultera· Ihc lumen mundi
se esse predicat·

·VIII· Ihc interrogatus principium se esse respondit· Quod omis
peccator seruus sit· Et quod ibi ante abraham sit· Cum
antiuitate eunte·

·VIIII· De ianua & ouili· Per dedicationem deambulans in tem
plo se & patrem unum esse dicit· De Lazari resuscitatione·

·X· Maria pedes ihv ungit & capillis suis extergit· Ihc super
asinum sedit· Et uolentib; gracis uidere ihm loquitur
de grano frumenti quod in terram mittitur· Et uox de
celo ad ihm· Et quod multi ex principibus crediderunt
in ihm sed ppter pharisaeos non confitebantur·

·XI· Pedes discipulorum lauat· De iude traditione & petri ne
gatione predicit· Et de dilectione fratrum· Et quod ipse

in patre & pater in ipso est · Et de observandis mandatis
paraclyti spi
XII De vinea & palmitibus · Et de dilectione · Et de pmissione
paraclyti · Et omnia patris sua esse · Et cetera mandata ·
XIII Hic discipulos patri commendat · Hic aruda traditur ·
Allocutio pilati ad iudeos · De ihu & de barabba ·
XIIII Passio ihu & sepultura & resurrectio eius ·
Explicitunt capitula ·


ALTA DI SCAN DENS AQVI

S. Johem.

Io. III. Ad. I. Latin.

Omnia p ipsum facta sunt · & sine ipso factum est nihil · Quod factum est · in ipso uita erat · & uita erat lux hominum · Et lux in tenebris lucet · & tenebre eam non comprehenderunt ·

Fuit homo missus a deo · cui nomen erat iohannes · Hic uenit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine · ut omnes crederent per illum · Non erat ille lux · sed ut testimonium perhiberet de lumine ·

Erat lux uera · que illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum · In mundo erat · & mundus per ipsum factus est · & mundus eum non cognouit ·

In propria uenit · & sui eum non receperunt · Quotquot autem receperunt eum · dedit eis potestatem filios dei fieri · his qui credunt in nomine eius · Qui non ex sanguinibus · neq; ex uoluntate carnis · neq; ex uoluntate uiri · sed ex deo nati sunt ·

Verbum caro factum est · & habitauit in nobis · Et uidimus gloriam eius · gloriam quasi unigeniti patris · Plenum gratie & ueritatis ·

Iohannes testimonium perhibet de ipso · & clamat dicens · Hic erat quem dixi · qui post me uenturus est · ante me factus est · quia prior me erat ·

Et de plenitudine eius nos omnes accepimus · & gratiam pro gratia · Quia lex per moysen data est ·

gratia & ueritas p ihm xpm facta est.

Dm nemo uidit umquam. Unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit.

Et hoc est testimonium iohannis quando Miserunt iudei ab iherosolimis sacerdotes & leuitas ad eum. ut interrogarent eum. Tu quis es? Et confessus est & non negauit. Et confessus est. quia non sum ego xpc. Et interrogauerunt eum. Quid ergo? Helias es tu? Et dixit. Non sum. Propheta es tu? Et respondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es? vt responsum demus his qui miserunt nos. Quid dicis de te ipso?

Ait. Ego uox clamantis in deserto. dirigite uiam dni. sicut dixit esayas pphta.

Et qui missi fuerant. erant ex pharisais. Et interrogauerunt eum. & dixerunt ei. Quid ergo baptizas si tu non es xpc. neq; helias. neq; pphta?

Respondit eis iohannes dicens. Ego baptizo in aqua. medius autem uestrum stetit quem uos nescitis. Ipse est qui post me uenturus est. qui ante me factus est. cuius ego non sum dignus ut soluam eius corrigiam calceamenti.

Hec in bethania facta sunt transiordanen. ubi erat iohannes baptizans. Altera die uidit iohannes ihm uenientem ad se & ait. Ecce agnus dei qui tollit peccatum mundi.

Hic est de quo dixi · Post me uenit uir qui ante me
factus est quia prior me erat · & ego nesciebam eum ·
Sed ut manifestetur israhel · propterea ego ueni in
aqua baptizans ·

Et testimonium phibuit iohannes dicens · Quia
uidi spm descendentem quasi columbam de celo ·
& mansit super eum · & ego nesciebam eum · Sed
qui misit me baptizare in aqua · ille mihi dixit ·
Super quem uideris spm descendentem & manen
tem super eum · hic est qui baptizat in spu sco · Et
ego uidi & testimonium phibui quia hic est filius di ·

Altera die rursum stabat iohannes · & ex discipulis
eius duo · Et respiciens ihm ambulantem dicit ·
Ecce agnus di · Et audierunt eum duo discipuli
loquentem · & secuti sunt ihm · Conuersus autem
ihc · & uidens eos sequentes se · dicit eis · Quid que
ritis · Qui dixerunt ei · Rabbi · quod dicitur in
terpretatum magister · ubi habitas · Dicit eis ·
Uenite & uidete · Venerunt & uiderunt ubi ma
nent · & apud eum manserunt die illo · Hora autem
erat quasi decima · Erat autem andreas frater sy
monis petri unus ex duobus qui audierant a io
hanne · & secuti fuerant eum ·

Inuenit hic primum fratrem suum symonem · &
dicit ei · Inuenimus messyam · quod est interpre
tatum xpc · Et adduxit eum ad ihm · Intuitus

autem eum ihc dixit·Tuꝰ symon filiuꝰ iona·tu
uocaberiꝰ cephaꝰ·quod interpretatur petrus·
Ineraſtinum uolunt exire in galileam·& inue
nit philippum·& dicit ei ihc·Sequere me·
Erat autem philippuꝰ a bethsaida·ciuitate
andree & petri·Inuenit philippuꝰ nathanael·
& dicit ei·Quem scripsit moyses in legt & pphe
te·inuenimuꝰ ihm filium ioseph a nazareth·
Et dixit ei nathanael·Nazareth potest aliquid
bonum esse·Dicit ei philippuꝰ·Veni & uide·
Uidit ihc nathanael uenientem ad se·& ait de
eo·Ecce uere israelita·in quo doluꝰ non est·
Dicit ei nathanael·Vnde me nosti·Respondit
ihc & dixit ei·Priuſquam te philippuꝰ uocaret
cum esses subficu·uidi te·Respondit ei natha
nael & ait·Rabbi·tuꝰ filiuꝰ di·tuꝰ rex israel·
Respondit ihc·& dixit ei·Quia dixi tibi uidi
te subficu credis·maiuꝰ his uidebis·Et dicit ei·
Amen amen dico uobis·uidebitis celum apertum·
& angeloꝰ di ascendentes & descendentes supra
filium hominis·

·II·

Et die tertio nuptie
facte sunt in chana galilee·& erat mater
ihu ibi·Uocatuꝰ est autem & ihc·& discipuli ei
ad nuptiaꝰ·Et deficiente uino·dicit mater ihu
ad eum·Vinum non habent·Et dicit ei ihc·

Quid mihi & tibi est mulier· Nondum uenit ho
ra mea· Dicit mater eius ministris· Quodcumq;
dixerit uobis facite· Erant autem ibi lapides
hydrie sex posite secundum purificationem iu
deorum· capientes singule metretas binas uel
ternas· Dicit eis ihe· Implete hydrias aqua· Et
impleuerunt eas· usq; ad summum· Et dicit eis
ihe· Haurite nunc· & ferte architriclino· Et tu
lerunt· Ut autem gustauit architriclinus aquam
uinum factam· & nonsciebat unde esset· ministri
autem sciebant qui hauserant aquam· Uocat
sponsum architriclinus· & dicit ei· Omnis homo
primum bonum uinum ponit· & cum inebriati
fuerint tunc id quod deterius est· Tu autem seruas
ti bonum uinum· usq; adhuc· Hoc fecit initium
signorum ihe in chana galilee· & manifestauit
gloriam suam· Et crediderunt in eum discipuli eius·

i xxviii
vii
d xxviii

Post hec descendit capharnaum ipse & mater eius
& fratres eius· & discipuli eius· & ibi manserunt
non multis diebus·

i xx
d i cclxxviii
a cl vi
L cclx

Et prope erat pascha iudeorum· & ascendit
ierosolimam ihe·

i xxi
d i ccxi
a cxxi
L ccxxxviii

Et inuenit in templo uendentes boues & oues· &
columbas· & nummularios sedentes· Et cum fe
cisset quasi flagellum de funiculis· omnes eiecit
de templo· Oues quoq; & boues· & nummularios

effudit aes· & mensas subuertit· & his qui colum
bas uendebant dixit· Auferte ista hinc· & nolite
facere domum patris mei domum negotiationis·
Recordati uero sunt discipuli eius· quia scriptum
est· Zelus domus tue comedit me·
Responderunt ergo iudei· & dixerunt ei· Quod
signum ostendis nobis quia hec facis·
Respondit ihc· & dixit eis· Soluite templum hoc·
& in tribus diebus excitabo illud· Dixerunt ergo
iudei· Quadraginta & sex annis aedificatum
est templum hoc· & tu tribus diebus excitabis il
lud· Ille autem dicebat de templo corporis sui·
Cum ergo resurrexisset a mortuis· recordati sunt
discipuli eius· quia hoc dicebat· & crediderunt
scripture· & sermoni quem dixit ihc· Cum autem
esset ierosolimis in pascha in die festo· multi credi
derunt in nomine eius uidentes signa eius que
faciebat· Ipse autem ihc non credebat semetipsum
eis· eo quod ipse nosset omnes· & quia opus non
erat ut quis testimonium phiberet de homine·
Ipse enim sciebat quid esset in homine·
Erat autem homo ex phariseis nichodemus nomine·
princeps iudeorum· Hic uenit ad ihm nocte· &
dixit ei· Rabbi· scimus quia a deo uenisti magister·
Nemo enim potest hec signa facere que tu facis·
nisi fuerit dns cum eo· Respondit ihc· & dixit ei·

Amen amen dico tibi · nisi quis natus fuerit denuo.
non potest videre regnum dei · Dicit ad eum ni
chodemus · Quomodo potest homo nasci cum
sit senex · numquid potest in uentrem matris suę
rerum introire & nasci · Respondit ihc · Amen
amen dico tibi · nisi quis renatus fuerit ex aqua
& spu · non potest introire in regnum dei · Quod
natum est ex carne caro est · & quod natum est
ex spu · spus est · Non mireris quia dixi tibi · opor
tet uos nasci denuo · Spus vbi uult spirat · & uocem
eius audis · sed non scis unde ueniat · & quo uadat ·
Sic est omnis · qui natus e ex spu · Respondit ni
chodemus · & dixit ei · Quomodo possunt hęc fie
ri · Respondit ihc · & dixit ei · Tu es magister in
israhel · & hęc ignoras · Amen amen dico tibi · quia
quod scimus loquimur · & quod uidimus testa
mur · & testimonium nrm non accipitis · Si terre
na dixi uobis & non creditis · quomodo si dixero
uobis celestia credetis · Et nemo ascendit in ce
lum nisi qui de cęlo descendit · filius hominis qui
est in cęlo · Et sicut moyses exaltauit serpentem
in deserto · ita exaltari oportet filium hominis · ut
omnis qui credit in ipso non pereat · sed habeat
uitam eternam · Sic enim dilexit ds mundu
ut filium suum unigenitum daret · vt omnis q
credit in eum non pereat · sed habeat uitam eter

nam · Non enim misit ds filium suum in mundū
ut iudicet mundum · sed ut saluetur mundus
per ipsum · Qui credit in eum non iudicatur · qui au
tem non credit iam iudicatus est · quia non credi
dit in nomine unigeniti filii di · Hoc est autem
iudicium · quia lux uenit in mundum · & dilex
erunt homines magis tenebras quam lucem ·
Erant enim eorum mala opera · Omnis enim qui
male agit odit lucem · & non uenit ad lucem ·
ut non arguantur opera eius · Qui autem facit
ueritatem uenit ad lucem · ut manifestentur
opera eius quia in do sunt facta · ·I·

POST HOC VENIT IHC
& discipuli eius in iudeam terram · & illic
demorabatur cum eis & baptizabat ·
i xxv Erat autem & iohannes baptizans in enon iuxta
x iii Ꝑ vii salim · quia aque multe erant illic · & uenebant
L vi ad eum & baptizabantur ·
i xxvi Nondum enim missus fuerat in carcerem iohannes ·
x viii Ꝑ xviii Facta est ergo questio ex discipulis iohannis cum
R Ꝑ viii iudeis de purificatione · & uenerunt ad iohan
i xxvii x nem · & dixerunt ei · Rabbi · qui erat tecum tran
Solus s iordanen cui tu testimonium phibuisti · ecce
hic baptizat · & omnes uenium ad eum · Respon
dit iohannes & dixit · Non potest homo accipere
quicquam · nisi ei fuerit datum de celo ·

I ipsi uos mihi testimonium phibetis quod dixerim·
ego non sum xp̄c·sed quia missus sum ante illū·
Qui habet sponsam sponsus ē·⁊ amicus autem spon
si qui stat & audit eum·gaudio gaudet ppter
uocem sponsi·Hoc ergo gaudium meum im
pletum est·Illum oportet crescere·me autem mi
nui·Qui de sursum uenit sup omnes ē·Qui est
de terra·de terra est & de terra loquitur·Qui de
celo uenit supra omnes est·&quod uidit & au
diuit hoc testatur·&testimonium eius nemo ac
cipit·Qui accipit eius testimonium·signauit
quia ds uerax est·Quem enim misit ds·uerba di
loquitur·Non enim ad mensuram dat ds spm·
Pater diligit filium·&omnia dedit in manu eius·
Qui credit in filium·habet uitam eternam·Qui
autem incredulus est filio non uidebit uitam·sed
ira di manet super eum·

·IIII·

Ergo cognouit ihc
quia audierunt pharisei quia ihc plures
discipulos facit & baptizat quam iohannes·quam
quam ihc non baptizare sed discipuli eius·
Reliquit iudeam·&abiit iterum in galileam·
Oportebat autem eum transire psamariam·Venit
ergo in ciuitatem samarie que dicitur sychar·
iuxta predium quod dedit iacob ioseph filio suo·
Erat autem ibi fons iacob·Ihc ergo fatigatus ex

manebat · sedebat sic sup fontem · Hora autem quasi
sexta · Venit mulier de samaria · haurire aquam ·
Dicit ei ihc · Da mihi bibere · Discipuli enim eius
abierant in ciuitatem · ut cibos emerent · Dicit
ergo ei mulier illa samaritana · Quomodo tu iu
deus cum sis bibere a me poscis · que sum mulier
samaritana · Non enim coutimtur iudei samarita
nis · Respondit ihc · & dixit ei · Si scires donum di ·
& quis est qui dicit tibi da mihi bibere · tu forsi
tan petisses a eo · & dedisset tibi aquam uiuam ·
Dicit ei mulier · Dne · neq; in quo haurias habes ·
& puteus altus e · Vnde ergo habes aquam uiuam ·
Numquid tu maior es patre nro iacob · qui dedit
nobis puteum istum · Et ipse ex eo bibit & filii eius ·
& pecora eius · Respondit ihc · & dixit ei · Omnis
qui bibit ex aqua hac sitiet iterum · Qui autem
biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in aeter
num · Sed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons
aque salientis in uitam aeternam · Dicit ad eum
mulier · Dne · da mihi hanc aquam ut non sitiam ·
neq; ueniam huc haurire · Dicit ei ihc · Vade uoca
uirum tuum · & ueni huc · Respondit mulier &
dixit · Non habeo uirum · Dicit ei ihc · Bene dixisti
quia non habeo uirum · Quinq; enim uiros habu
isti · & nunc quem habes non est tuus uir · Hoc uere
dixisti · Dicit ei mulier · Dne · uideo quia pphcta

estis. Patres nri in monte hoc adorauerunt. & uos
dicitis quia ierosolimis est locus. ubi adorare opor
tet. Dicit ei ihc. Mulier. crede mihi. quia uenit
hora quando neq; in monte hoc. neq; in ierosoli
mis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis.
nos adoramus quod scimus. quia salus ex iudeis e.
Sed uenit hora & nunc est. quando ueri adorato
res adorabunt patrem in spu & ueritate. Nam &
pater tales querit. qui adorent eum. Sps est ds.
& eos qui adorant eum in spu & ueritate oportet
adorare. Dicit ei mulier. Scio quia messyas uenit.
qui dicitur xpc. Cum ergo uenerit. ille nobis ad
nunciabit omnia. Dicit ei ihc. Ego sum. qui lo
quor tecum. Et continuo uenerunt discipuli
& mirabantur quia cum muliere loquebatur.
Nemo tamen dixit. Quid queris. aut quid loque
ris cum ea. Reliquit ergo ydriam suam mulier.
& abiit in ciuitatem. & dicit illis hominibus.
Venite & uidete hominem. qui dixit mihi omnia
quecumq; feci. Numquid ipse e xpc. Exibant
de ciuitate. & ueniebant ad eum. Interea rogabat
eum discipuli dicentes. Rabbi. manduca. Ille au
tem dixit eis. Ego habeo cibum manducare. que
uos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad inuicem.
Numquid aliquis adtulit ei manducare. Dicit
eis ihc. Meus cibus est ut faciam uoluntatem eius

qui misit me· ut perficiam opus eius· Nonne uos
dicitis quod adhuc quatuor menses sunt· & mes
sis uenit? Ecce dico uobis· leuate oculos uros & u
dete regiones· quia albe sunt iam ad messem·
Et qui metit mercedem accipit· & congregat
fructum in uitam aeternam· ut & qui seminat
simul gaudeat· & qui metit· In hoc enim est uer
bum uerum· quia alius est qui seminat· & alius
est qui metit· Ego misi uos metere· quod uos non
laborastis· Alii laborauerunt· & uos in labores eo
introistis· Exeuntes autem illa multi credide
runt in eum samaritanorum propter uerbum
mulieris testimonium phibentis· quia dixit
mihi omnia quecumq: fecit· Cum uenissent ergo
ad eum samaritani· rogauerunt eum ut ibi ma
neret· Et mansit ibi duos dies· & multo plures
crediderunt propter sermonem eius· Et mulieri
dicebant· quia iam non propter tuam loquelam
credimus· Ipsi enim audiuimus & scimus· quia
hic est uere saluator mundi·

Post duos autem dies exiit inde· & abiit in galileam·
ipse enim ihc testimonium phibuit· quia profeta
in sua patria honorem non habet·

Cum ergo uenisset in galileam· exceperunt eum
galilei· cum omnia uidissent que fecerat ierosoli
mis in die festo· & ipsi uenerant in diem festum·

Venit ergo iterum in chanan galilee · ubi fecit
aquam uinum ·

Et erat quidam regulus · cuius filius infirmabat
capharnaum · Hic cum audisset quia ihc ad
uenisset a iudea in galileam · abiit ad eum · & ro
gabat eum ut descenderet · & sanaret filium eius ·
Incipiebat enim mori · Dixit ergo ihc ad eum ·
Nisi signa & prodigia uideritis non creditis ·
Dicit ad eum regulus · Dne · descende priusquam
moriatur filius meus · Dicit ei ihc · Vade filius
tuus uiuit · Credidit homo sermoni quem dixit
ei ihc & ibat · Iam autem eo descendente · serui
occurrerunt ei · & nunciauerunt dicentes · quia
filius eius uiuit · Interrogabat ergo horam ab
eis · in qua melius habuerit · Et dixerunt eei · Quia
heri hora septima · reliquit eum febris · Cognouit
ergo pater quia illa hora erat · in qua dixit ei ihc
filius tuus uiuit · Et credidit ipse & domus eius
tota · Hoc iterum secundum signum fecit ihc
cum uenisset a iudea in galileam ·

POST HEC ERAT DIES ·v·
festus iudeorum · & ascendit ihc ierosolimam · Est autem ierosolimis sup probatica piscina · que cognominatur hebraice beth
sayda · quinq; porticus habens · In his iacebat
multitudo magna languentium · cecorum · clau

dorum·aridorum·expectantium aquę motū·
Angelus autem dñi secundum tempus descen
debat in piscinam·& mouebatur aqua·Et qui
primus descendisset in piscinam post motionē
aquę·sanus fiebat aquacumq: detinebatur in
firmitate·Erat autem quidam homo ibi trigin
ta & octo annos habens in infirmitate sua·Hunc
cum audisset ibi iacentem & cognouisset quia
multum iam tempus habet·dicit ei·Vis sanus fi
ri·Respondit ei languidus·Domine·hominem
non habeo·ut cum turbata fuerit aqua·mittat
me in piscinam·Dum uenio enim ego·alius ante
me descendit·Dicit ei ihe·Surge tolle grabatū
tuum & ambula·Et statim sanus factus ē homo·
& sustulit grabatum suum·& ambulabat·Erat
autem sabbatum in illo die·Dicebant iudei illi
qui sanatus fuerat·Sabbatum est·non licet tibi
tollere grabatum tuum·

Iesus in Sabbato

Respondit eis·Qui me fecit sanum·ille mihi dixit·
tolle grabatum tuum & ambula·Interrogauc
runt ergo eum·Quis est ille homo qui dixit tibi
tolle grabatum tuum & ambula·Is autem q̄
sanus fuerat effectus·nesciebat quis esset·Ihe
enim declinauit a turba·constituta in loco·
Postea inuenit eum ihe in templo·& dicit illi·
Ecce sanus factus es·iam noli peccare·ne deterius

tibi aliquid contingat· Abiit ille homo & nun
ciauit iudeis quia ihc esset qui fecit eum sanum·
Propterea persequebantur iudei ihm· quia hec
faciebat in sabbato· Ihc autem respondit eis·
Pater meus usq; modo operatur· & ego operor·
Propterea ergo magis querebant eum iudei in
terficere· quia non solum soluebat sabbatum· sed
& patrem suum dicebat dm· aequalem se faciens
do· Respondit itaq; ihc· & dixit eis· Amen amen
dico uobis· non potest filius facere a se quicquam·
nisi quod uiderit patrem facientem· Quecumq;
enim ille fecerit· hec & filius similiter facit· Pater
enim diligit filium· & omnia demonstrat ei que
ipse facit· & maiora his demonstrabit ei opera· ut
uos miremini· Sicut enim pater suscitat mortu
os & uiuificat· sic & filius quos uult uiuificat·
Neq; enim pater iudicat quemquam· sed iudicia
um omne dedit filio· ut omnes honorificent
filium· sicut honorificant patrem·
Qui non honorificat filium· non honorificat patrem
qui misit illum· Amen amen dico uobis· quia qui
uerbum meum audit & credit ei qui misit me·
habet uitam aeternam· & in iudicium non uenit·
sed transit a morte in uitam·
Amen amen dico uobis· quia uenit hora & nunc e·
quando mortui audient uocem filii di· & qui

audierint uiuent · Sicut enim pater habet uitam
in semetipso · sic dedit & filio habere uitam in semet
ipso · Et potestatem dedit ei & iudicium facere ·
quia filius hominis est · Nolite mirari hoc · quia
uenit hora in qua omnes qui in monumentis
audient uocem eius & procedent · Qui bona fece
runt in resurrectionem uitę · Qui uero mala age
runt · in resurrectionem iudicii · Non possum ego
a me ipso facere quicquam · Sicut audio iudico ·
& iudicium meum iustum est ·

Quia non quero uoluntatem meam · sed uoluntatem eius qui misit me ·

Si ego testimonium phibeo de me · testimonium
meum non est uerum · Alius est qui testimoniū
phibet de me · & scio quia uerum est testimoniū
eius quod phibet de me · Uos misistis ad iohannē ·
& testimonium phibuit ueritati · Ego autem
non ab homine testimonium accipio · sed hec
dico · ut uos salui sitis · Ille erat lucerna ardens
& lucens · Uos autem uoluistis exultare ad horam
in luce eius · Ego autem habeo testimonium
maius iohanne · Opera enim quę dedit mihi pater
ut pficiam ea · ipsa opera quę ego facio testimoni
um phibent de me · quia pater me misit · Et qui
misit me pater · ipse testimonium phibet de me ·

Neq; uocem eius umquam audistis · neq; speciem

aut uidistis·

Ixlv
xl
solus

Et uerbum eius non habetis in uobis manens· quia
quem misit ille huic uos non creditis· Scruta
mini scripturas· quia uos putatis in ipsis uitam
aeternam habere· Et ille sunt que testimoniū
perhibent de me· & non uultis uenire ad me·
ut uitam habeatis· Claritatem ab hominibus
non accipio· sed cognoui uos quia dilectionem
dī non habetis in uobis· Ego ueni in nomine
patris mei & non accipitis me· si alius uenerit in
nomine suo· illum accipietis· Quomodo potestis
uos credere qui gloriam ab inuicem accipitis·
& gloriam que a solo dō est non quaeritis· Nolite
putare quia ego accusaturus sim uos apud patrē·
Est qui accusat uos· moyses in quo uos speratis·
Si enim crederetis moysi· crederetis forsitan & mi·
De me enim ille scripsit· Si autem illius litteris
non creditis· quomodo meis uerbis credetis·

Ixlvi
xiii
Dxxiii
Lxlv

POST HĒC ABIIT IHĒC· VI·
tra mare galileę quod est tyberiadis·
& sequebatur eum multitudo magna· qa
uidebant signa que faciebat super his qui infir
mabantur·

Ixlvii
xiii
Dxxlvi
Lxlvi

Subiit ergo in montem ihc· & ibi sedebat cum
discipulis suis·

Ixlviii
xiii
Dccclxxxiii
Dclvi
Lccclx

Erat autem pximum pascha· dies festus iudeorum·

Cum sublevasset ergo oculos ihc & uidisset quia
multitudo maxima uenit ad eum · dicit ad
philippum · Vnde ememus panes ut manducent hi · Hoc autem dicebat tentans eum ·
ipse enim sciebat quid esset facturus · Respondit ei philippus · Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis · ut unusquisq; modicum quid accipiat · Dicit ei unus ex discipulis eius · andreas frater symonis petri · Est puer
unus hic qui habet quinq; panes ordeaceos ·
& duos pisces · Sed hec quid sunt inter tantos ·
Dixit ergo ihc · Facite homines discumbere ·
Erat autem fenum multum in loco · Discubuerunt ergo uiri · numero quasi quinq; milia ·
Accepit ergo panes ihc · & cum gratias egisset
distribuit discumbentibus · Similiter & ex piscibus · quantum uolebant · Vt autem impleti s̄ ·
dixit discipulis suis · Colligite que superauerunt
fragmenta ne pereant · Collegerunt ergo · & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum
ex quinq; panib; ordeaceis · que superfuerunt his
qui manducauerant ·

Illi ergo homines cum uidisset quod fecerat signū
dicebant · Quia hic est uere ꝓpheta qui uenturus
est in mundum · Ihc ergo cum cognouisset quia
uenturi essent ut raperent eum & facerent eū rege ·

Fugit iterum in montem ipse solus. Ut autem
sero factum est. descenderunt discipuli eius ad
mare. Et cum ascendissent nauim. uenerunt
trans mare in capharnaum. Et tenebre iam fac
te erant. & non uenerat ad eos ihc. Mare autem
uento magno flante exurgebat. Cum remigas
sent ergo quasi stadia uiginti quinq; aut trigin
ta. uident ihm ambulantem sup mare. & pximu
nauigio. & timuerunt. Ille autem dicit eis.
Ego sum. nolite timere. Voluerunt ergo acci
pere eum in nauim. & statim fuit nauis ad
terram quam ibant.

Altera die turba que stabat transmare uidit quia
nauicula alia non erat ibi nisi una. & quia non
introisset cum discipulis suis ihc in nauim. sed
soli discipuli eius abissent. Alie uero supuenerunt
naues a tyberiade iuxta locum ubi manducaue
rant panem gratias agentes dno. Cum ergo ui
disset turba quia ihc non esset ibi neq; discipuli
eius. ascenderunt in nauiculas & uenerunt ca
pharnaum querentes ihm. Et cum inuenissent
eum transmare. dixerunt ei. Rabbi. quando huc
uenisti. Respondit eis ihc & dixit. Amen amen
dico uobis. quaritis me non quia uidistis signa.
sed quia manducastis ex panibus. & saturati estis.
Operamini non cibum qui perit. sed qui pmanet

mortem aeternam · quem filius hominis dabit
uobis · Hunc ergo pater signauit ds · Dixerunt
ergo ad eum · Quid faciemus ut operemur opera
di · Respondit ihc · & dixit eis · Hoc est opus di ·
ut credatis in eum quem misit ille ·

Ilm Dcbr & Wlcrrm

Dixerunt ergo ei · Quid ergo tu facis signum · ut
uideamus & credamus tibi · Quid operaris ·

Ilm x Sabs

Patres nri manducauerunt manna in deserto sic
scriptum est · Panem de celo dedit eis manduca
re · Dixit ergo eis ihc · Amen amen dico uobis ·
non moyses dedit uobis panem de celo · sed pater
meus dat uobis panem de celo uerum · Panis enim
di est qui descendit de celo · & dat uitam mun
do · Dixerunt ergo ad eum · Dne · semp da nobis
panem hunc ·

Ilv xi Decbrm & Wlcrrm Lcbrm

Dixit autem eis ihc · Ego sum panis uite · Qui uenit
ad me non esuriet · & qui credit in me non sitiet
umquam · Sed dixi uobis · quia uidistis me
& non credistis ·

Ilm x Sabs

Omne quod dat mihi pater ad me uenet · & eum
qui uenit ad me non eiciam foras ·

Ilm xi Decbrm & Wlcrrm Lcbrm

Quia descendi de celo non ut faciam uoluntatem
meam · sed uoluntatem eius qui misit me ·

Ilm x Sabs

Hec est autem uoluntas eius qui misit me patris · ut
omne quod dedit mihi non pdam ex eo · sed resu
scitem illud in nouissimo die · Hec est enim uo

luntas patris mei qui misit me · ut omnis qui
uidet filium & credit in eum · habeat uitam æter
nam · Et resuscitabo ego eum in nouissimo die ·

Ilxxxi
Ccxlv
Ccl
Lxxxiii

Murmurabant ergo iudei de illo · quia dixisset ·
Ego sum panis qui de cęlo descendi · & dicebant ·
Nonne hic est filius ioseph cuius nos nouimus
patrem & matrem · Quomodo dicit hic quia de
cęlo descendi ·

Ilx
x
Solus

Respondit ergo iesus · & dixit eis · Nolite murmu
rare in inuicem · nemo potest uenire ad me · nisi
pater qui misit me traxerit eum · Et ego resusci
tabo eum in nouissimo die · Est scriptum in p
phetis · Et erunt omnes docibiles dei · Omnis qui
audiuit a patre & didicit · uenit ad me ·

Ilxi
Ccxlv
Lcxxiii

Non quia patrem uidit quisquam · nisi is qui est
a deo · hic uidit patrem ·

Ilxii
x
Solus

Amen amen dico uobis · qui credit in me · habet
uitam æternam ·

Ilxiii
Ccclxxxiii
Ccl
Lccl

Ego sum panis uitæ ·

Ilxiiii
x
Solus

Patres uri manducauerunt in deserto manna ·
& mortui sunt · hic est panis de cęlo descendens ·
ut si quis ex ipso manducauerit non moriatur ·

Ilxv
Ccclxxxiii
Ccl
Lccl

Ego sum panis uiuus qui de cęlo descendi · si quis
manducauerit ex hoc pane · uiuet in æternum ·
Et panis quem ego dabo caro mea est · p mundi uita ·

Ilxvi
x
Solus

Litigabant ergo iudei ad inuicem dicentes · Quo

modo hic potest nobis carnem suam dare ad
manducandum. Dixit ergo eis iesus. Amen
amen dico uobis. nisi manducaueritis carnem
filii hominis & biberitis eius sanguinem. non
habebitis uitam in uobis. Qui manducat meam
carnem & bibit meum sanguinem. habet uitam
æternam. & ego resuscitabo eum in nouissimo
die. Caro enim mea uere est cibus.
& sanguis meus uere est potus.
Qui manducat meam carnem & bibit meum
sanguinem in me manet. & ego in illo. Sicut
misit me uiuens pater. & ego uiuo propter pa
trem. Et qui manducat me. & ipse uiuet propter
me. Hic est panis qui de celo descendit. non sicut
manducauerunt patres uestri manna. & mortui
sunt. Qui manducat hunc panem. uiuet in æter
num. Hæc dixit in synagoga docens in capharnaum.
Multi ergo audientes ex discipulis eius
dixerunt. Durus est hic sermo. quis potest eum
audire. Sciens autem iesus apud semetipsum quia
murmurabant de hoc discipuli eius. dixit eis.
Hoc uos scandalizat.
Si ergo uideritis filium hominis ascendentem
ubi erat prius.
Spiritus est qui uiuificat. caro non prodest quicquam.
Verba quæ ego locutus sum uobis. spiritus & uita sunt.

Ilevus
Dedxxxiiii
Delxv
Leelxvi

Ilevus
Selvi

Ilevus
Deeci
Deeci
Leeeeii

Ilxx
Deexcvii
Delxxxviii

Ilxxi
Selvii

Sed sunt quidam ex uobis qui non credunt·
Sciebat enim ab initio ihc̄ qui essent non credentes·
& quis esset tradturus eum·
Et dicebat· Propterea dixi uobis· quia nemo potest
uenire ad me· nisi fuerit ei datum a patre meo·
Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro·
& iam non cum illo ambulabant· Dixit ergo ihc̄
ad duodecim· Numquid & uos uultis abire·
Respondit ergo ei symon petrus· Dnē· ad quem
ibimus· Verba uitę æternę habes· & nos credidimus
& cognouimus· quia tu es xp̄c filius di·
Respondit ei ihc̄· Nonne ego uos duodecim elegi·
& ex uobis unus diabolus est· Dicebat autem iu
dam symonis scariothen· hic enim erat tradtu
rus eum· cum esset unus ex duodecim·

POST HEC AMBULABAT ·VII·
ihc̄ in galilea· non enim uolebat in iudea
ambulare· quia querebant eum iudei inter
ficere· Erat autem in pximo dies festus iudeorū·
scenophegia· Dixerunt autem ad eum fratres eius·
Transi hinc & uade in iudeam· ut & discipuli tui
uideant opera tua quę facis· Nemo quippe in oc
culto quid facit· & querit ipse in palam esse· Si hęc
facis· manifesta te ipsum mundo· Neq; enim frs̄
eius credebant in eum· Dicit ergo ei ihc̄· Tempus
meum nondum aduenit· tempus autem uṽm

semp est paratum · Non potest mundus odisse uos ·
me autem odit · quia ego testimonium phibeo
de illo · quia opera eius mala sunt · Vos ascendite
ad diem festum hunc · ego non dum ascendo ad
diem festum istum · quia meum tempus nondũ
impletum est · Hæc cum dixisset · ipse mansit
in galilea · Vt autem ascenderunt fratres eius ·
tunc & ipse ascendit ad diem festum non mani
feste · sed quasi in occulto · Iudei ergo querebant
eum in die festo · & dicebant · Vbi est ille ·℣ Et mur
mur multus de eo erat in turba · Quidam enim
dicebant quia bonus ē · Alii autem dicebant ·
non · sed seducit turbas · Nemo tamen palam
loquebatur de illo : ꝓpter metum iudeorum ·
Iam autem die festo mediante · ascendit ihũs in
templum · & docebat · Et mirabantur iudei di
centes · Quomodo hic litteras scit cum non didice
rit ·℣ Respondit eis ihs & dixit · Mea doctrina ñ
est mea · sed eius qui misit me · Si quis voluerit vo
luntatem eius facere · cognoscet de doctrina utrũ
ex dõo sit · an ego a me ipso loquar · Qui a semetipso
loquitur gloriam ꝓpriam querit · Qui autem
gloriam querit eius qui misit illum · hic verax ē ·
& iustitia in illo non est · Nonne moyses dedit
uobis legem ·℣ & nemo ex uobis facit legem · Quid
me queritis interficere ·℣ Respondit turba · &

dixit · Dæmonium habes · quis te quærit in
terficere · Respondit ihc & dixit eis · Unum
opus feci · & omnes miramini · Propterea moy
ses dedit uobis circumcisionem · non quia ex
moyse est sed ex patribus · & in sabbato circum
ciditis hominem · Si circumcisionem accipit
homo in sabbato ut non soluatur lex moysi ·
mihi indignamini quia totum hominem sa
num feci in sabbato · Nolite iudicare secundũ
faciem · sed iustum iudicium iudicate · Dicebant
ergo quidam ex ierosolimis · Nonne hic ē quem
querunt interficere · Ecce palam loquitur · &
nihil ei dicunt · Numquid uere cognouerunt
principes quia hic ē xps · Sed hunc scimus unde
sit · xpc autem cum uenerit nemo scit unde sit ·

Ilxxvi
Ꝑ i
Ꝓ cxii
Ꝗ cxxviii
L cclxi

Clamabat ergo docens in templo ihc & dicens ·
Et me scitis · & unde sim scitis · & a me ipso non ue
ni · sed est uerus qui misit me · quem uos nescitis ·

Ilxxvii
Ꝑ i
Ꝓ ccxx
Ꝗ cxxviii
L cclxi

Ego scio eum · quia ab ipso sum · & ipse me misit ·
Quærebant ergo eum apprehendere · & nemo misit
manus · quia nondum uenerat hora eius ·

Ilxxviii
Ꝑ i
S cl vs

De turba autem multi crediderunt in eum · &
dicebant · Xpc cum uenerit · numquid plura
signa faciet quam quę hic facit · Audierunt

Ilxxviii
Ꝑ i
Ꝓ ccc
Ꝗ cclxxi
L cclxxv

pharisei turbam murmurantem de illo hæc ·
Et miserunt principes & pharisei ministros · ut

apprehenderunt eum.

Dixit ergo ihc. Adhuc modicum tempus uobis cum sum. & uado ad eum qui misit me.

Quaeretis me & non inuenietis. & ubi sum ego. uos non potestis uenire. Dixerunt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic iturus est quia non inueniemus eum. Numquid indispersionem gentium iturus est. & docturus gentes. Quis est hic sermo quem dixit. quaeretis me & non inuenietis. & ubi sum ego uos non potestis uenire. In nouissimo autem die magno festiuitatis. stabat ihc & clamabat dicens. Si quis sitit. ueniat ad me & bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura. flumina de uentre eius fluent aquae uiuae. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat spiritus datus. quia ihc nondum fuerat glorificatus.

Ex illa ergo turba cum audissent hos sermones. dicebant. Hic est uere propheta. Alii autem dicebant. hic est xpc.

Quidam autem dicebant. Numquid a galilea xpc ueniet. Nonne scriptura dicit. quia ex semine dauid & de bethlem castello ubi erat dauid uenit.

Dissensio itaq: facta est in turba propter eum. xpe.

Quidam autem ex ipsis uolebant apprehendere eum. sed nemo misit super illum manus.

Ilxxxvi
x
Solus

Uenerunt ergo ministri ad pontifices & pharisæos · & dixerunt eis illi · Quare non adduxistis eum · Responderunt ministri · Numquam sic locutus est homo · sicut hic homo · Responderunt ergo eis pharisei · Numquid & uos seducti estis · numquid aliquis ex principibus credidit in eum · aut ex pharisæis · Sed turba hæc quæ non nouit legem · maledicti sunt · Dicit nichodemus ad eos ille qui uenit ad eum nocte · qui erat unus ex ipsis · Numquid lex nostra iudicat hominem nisi audierit ab ipso prius · & cognouerit quid faciat · Responderunt & dixerunt ei · Numquid & tu galileus es · Scrutare & uide · quia ppheta a galilea non surgit · Et reuersi sunt unusquisq; in domum suam · Ihesus autem perrexit in montem oliueti · & diluculo iterum uenit in templum · Et omis ppls uenit ad eum · & sedens docebat eos · Adducunt autem scribæ & pharisei mulierem in adulterio deprehensam · & statuerunt eam in medio · & dixerunt ei · Magister · hæc mulier modo deprehensa est in adulterio · In lege autem moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare · Tu ergo quid dicis · Hæc autem dicebant tentantes eum · ut possent accusare eum · Ihesus autem inclinans se deorsum · digito scribebat in terra · Cum autem perseuerarent interrogantes eum · erexit se & dixit eis · Qui sine peccato est uestrum · primus in illam lapidem mittat ·

Et iterum se inclinans scribebat in terra. Audi
entes autem unus post unum exibant incipi
entes a seniioribus. Et remansit solus. & mulier
in medio stans. Erigens autem se ihc. dixit ei.
Mulier. ubi sunt qui te accusabant. Nemo te
condemnauit. Quę dixit. Nemo dñe. Dixit autē
ihc. Nec ego te condemnabo. Vade. & amplius
iam noli peccare. Iterum ergo locutus est eis ihc
dicens. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me n̄
ambulabit in tenebris. sed habebit lumen uitę.
Dixerunt ergo ei pharisei. Tu de te ipso testimo
nium phibes. testimonium tuum non est uerum.
Respondit ihc. & dixit eis. Et si ego testimoniū
phibeo de me ipso. uerum est testimonium meū.
quia scio unde uenio. aut quo uado. Vos autem
nescitis unde uenio. aut quo uado. Vos secundum
carnem iudicatis. ego non iudico quemquam.
Et si iudico ego. iudicium meum uerum est. quia
solus non sum. sed ego & qui me misit pater. Et in
lege ura scriptum est. quia duorum hominum
testimonium uerum est. Ego sum qui testimon
ium phibeo de me ipso. & testimonium phibet de
me qui misit me pater. Dicebant ergo ei. Vbi est
pater tuus.

Ihesus non Deus Ecce

Respondit ihc. Neq; me scitis. neq; patrem meum.
Si me sciretis. forsitan & patrem meum sciretis.

Haec uerba locutus est ihc in gazophilacio · docens
Et nemo apprehendit eum · quia nondum ue
nerat hora eius ·

VIII ·

DIXIT ERGO ITERVM
eis ihc · Ego uado & quaeretis me · & in
peccato uro moriemini · Quo ego uado · uos non
potestis uenire · Dicebant ergo iudei · Numqd
interficiet semetipsum · quia dicit · quo ego uado
uos non potestis uenire · Et dicebat eis · Vos
de deorsum estis · ego de supernis sum · Vos de mun
do hoc estis · ego non sum de hoc mundo · Dixi
ergo uobis · quia moriemini in peccatis uris · Si
enim non credideritis quia ego sum · moriemini
in peccato uro · Dicebant ergo ei · Tu quis es ·
Dixit eis ihc · Principium · qui & loquor uobis ·
Multa habeo de uobis loqui · & iudicare · Sed qui
misit me uerax est · & ego quae audiui ab eo haec
loquor in mundo · Et non cognouerunt · quia
patrem eis dicebat deum · Dixit ergo eis ihc · Cum
exaltaueritis filium hominis · tunc cognoscetis
quia ego sum · & a me ipso facio nihil · sed sicut do
cuit me pater haec loquor · Et qui me misit mecum
est · & non reliquit me solum · quia ego quae pla
cita sunt ei facio semp · Haec illo loquente multi
crediderunt in eum · Dicebat ergo ihc ad eos qui
crediderunt ei iudeos · Si uos manseritis in sermone

meo · uere discipuli mei estis · & cognoscetis ueri
tatem · & ueritas liberabit uos · Responderunt ei ·
Semen abrahe sumus · & nemini seruiuimus um
quam · Quomodo tu dicis liberi estis · Respondit
eis ihc · Amen amen dico uobis · quia omnis qui
facit peccatum · seruus est peccati · Seruus autem
non manet in domo in eternum · filius manet in
eternum · Si ergo filius uos liberauerit · uere liberi
estis · Scio quia filii abrahe estis · sed quaritis me
interficere · quia sermo meus non capit in uobis ·
Ego quod uidi apud patrem loquor · & uos que
uidistis apud patrem ur̃m facitis · Responderunt
& dixerunt ei · Pater nr̃ abraham est · Dicit eis
ihc · Si filii abrahe estis · opera abrahe facite · Nunc
autem quaritis me interficere · hominem qui ueri
tatem uobis locutus sum · quam audiui a deo · Hoc
abraham non fecit · Vos facitis opera patris uestri ·
Dixerunt itaq; ei · Nos ex fornicatione non sumus
nati · unum patrem habemus dm̃ · Dixit ergo eis
ihc · Si ds̃ pater ur̃ esset · diligeretis utiq; me · Ego
enim ex deo processi & ueni · Neq; enim a me ipso ueni ·
sed ille me misit · Quare loquelam meam non cog
noscitis · quia non potestis audire sermonem meu ·
Vos ex patre diabolo estis · & desideria patris ur̃i
uultis facere · Ille homicida erit ab initio · & in ue
ritate non stetit · quia ueritas in eo non est · Cum

loquitur mendacium exp̃pris loquitur · quia
mendax est & pater eius · Ego autem quia ueri
tatem dico · non creditis mihi · Quis ex uobis ar
guet me de peccato · Si ueritatem dico uobis ·
quare uos non creditis mihi · Qui est ex dõ ue
ba di audit · ꝓpterea uos non auditis · quia ex
dõ non estis · Responderunt igitur iudei · & dix
erunt ei · Nonne bene dicimus nos quia samarita
nus es tu · & dõemonium habes · Respondit ihũ ·
Ego dõemonium non habeo · sed honorifico pa
trem meum · & uos inhonorastis me · Ego autẽ
non quero gloriam meam · est qui querat & iudi
cet · Amen amen dico uobis · si quis sermonem me
um seruauerit · mortem non uidebit in eternum ·
Dixerunt ergo iudei · Nunc cognouimus · quia
dõemonium habes · Abraham mortuus est & pro
phete · & tu dicis · si quis sermonem meum serua
uerit · non gustabit mortem in eternum · Numq̃d
tu maior es patre nro abraham · Qui mortuus ẽ ·
& ꝓphete mortui sunt · Quem te ipsum facis ·
Respondit ihũ · Si ego glorifico me ipsum · gla
mea nihil est · Est pater meus qui glorificat me ·
quem uos dicitis quia ds noster est · & non cog
nouistis eum · Ego autem noui eum · Et si dixero
quia non scio eum · ero similis uobis mendax ·
Sed scio eum · & sermonem eius seruo · Abraham

pater ur exultauit ut uideret diem meum · &
uidit · & gauisus ē · Dixerunt ergo iudei ad eum ·
Quinquaginta annos non dum habes · & abra
ham uidisti · Dixit eis ihc · Amen amen dico uob ·
antequam abraham fieret ego sum · Tulerunt
ergo lapides · ut iacerent in eum · Ihc autem ab
scondit se · & exiuit de templo · Et Praeteriens ui
dit hominem cecum a natiuitate · Et interroga
uerunt eum discipuli sui · Rabbi · quis peccauit ·
hic aut parentes eius ut cecus nasceretur · Respon
dit ihc · Neq; hic peccauit neq; parentes eius · sed
ut manifestentur opera di in illo · Me oportet ope
rari opera eius qui misit me · donec dies est · Venit
nox quando nemo potest operari · Quandiu in
mundo sum · lux sum mundi · Haec cum dixisset ·
expuit in terram & fecit lutum ex sputo · & lini
uit lutum super oculos eius · & dixit ei · Vade lauа
in natatoria syloe · quod interpretatur missus ·
Abiit ergo & lauit · & uenit uidens · Itaq; uicini
& qui uiderant eum prius quia mendicus erat di
cebant · Nonne hic ē qui sedebat & mendicabat ·
Alii dicebant · quia hic est · Alii autem · Nequaquā ·
sed similis eius est · Ille uero dicebat · quia ego sum ·
Dicebant ergo ei · Quomodo aperti sunt tibi oculi ·
Respondit · Ille homo qui dicitur ihc lutum fecit
& unxit oculos meos · & dixit mihi · Vade ad na

tatoriam syloe & laua · Et abii · & laui · & uidi ·
Dixerunt ei · Ubi est ille · Ait · Nescio · Adducunt
eum ad pharisaeos · qui caecus fuerat · Erat autem
sabbatum quando lutum fecit ihe · & aperuit
oculos eius · Iterum ergo interrogabant eum
pharisei · quomodo uidisset · Ille autem dixit
eis · Lutum posuit mihi super oculos · & laui · &
uideo · Dicebant ergo ex phariseis quidam · Non
est hic homo a deo · qui sabbatum non custodit ·
Alii dicebant · Quomodo potest homo peccator
haec signa facere · Et scisma erat inter eos · Dicunt ergo
caeco iterum · Tu quid dicis de eo qui aperuit ocu
los tuos · Ille autem dixit · Quia propheta est ·
Non crediderunt ergo iudei de illo quia caecus
fuisset & uidisset · donec uocauerunt parentes
eius qui uiderat · & interrogauerunt eos dicentes ·
Hic est filius uester · quem uos dicitis quia caecus na
tus est · quomodo ergo nunc uidet · Responde
runt ei parentes eius · & dixerunt · Scimus quia
hic est filius noster · & quia caecus natus est · Quomodo
autem nunc uidet nescimus · aut quis eius ape
ruit oculos nos nescimus · Ipsum interroga ·
aetatem habet ipse de se loquatur · Haec dixe
parentes eius · quia timebant iudeos · Iam enim
conspiraueram iudei · ut si quis eum confiteretur
xpm · extra synagogam fieret · Propterea parentes

eius dixerunt. Pater habet. ipsum interroga
te. Vocauerunt ergo rursus hominem qui fue
rat cecus. & dixerunt ei. Da gloriam dō. nos sci
mus quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille.
Si peccator est nescio. unum scio. quia cecus
cum essem. modo uideo. Dixerunt ergo illi.
Quid fecit tibi. quomodo aperuit tibi oculos.
Respondit eis. Dixi uobis iam & audistis. quid
iterum uultis audire. Numquid & uos uultis
discipuli eius fieri. Maledixerunt ei. & dixerunt.
Tu discipulus illius sis. nos autem moysi discipu
li sumus. Nos scimus quia moysi locutus est dē.
hunc autem nescimus unde sit. Respondit ille
homo. & dixit eis. In hoc enim mirabile est. quia
uos nescitis unde sit. & aperuit meos oculos.
Scimus autem quia peccatores dē non audit.
sed si quis dei cultor est & uoluntatem eius facit.
hunc exaudit. A seculo non est auditum quia
aperuit quis oculos cecri nati. Nisi esset hic a dō.
non poterat facere quicquam. Responderunt
& dixerunt ei. In peccatis natus es totus. & tu do
ces nos. Et eiecerunt eum foras. Audiuit ihc
quia eiecerunt eum foras. & cum inuenisset eum.
dixit ei. Tu credis in filium dei. Respondit ille
& dixit. Quis est dne. ut credam in eum. Et dix
it ihc. Et uidisti eum. & qui loquitur tecum

ipse est. Et ille ait. Credo dne. Et procidens
adorauit eum. Et dixit ei ihc. In iudicium
ego in hunc mundum ueni. Vt qui non uident
uideant. & qui uident cęci fiant. Et audie
runt ex phariseis qui cum ipso erant. & dixerũt
ei. Numquid & nos cęci sumus. Dixit eis ihc.
Si cęci essetis non haberetis peccatum. nunc ũ
quia dicitis uidemus. peccatum uŕm manet.

AMEN AMEN DICO VOB̃ .VIIII.
qui non intrat postium in ouile ouium
sed ascendit aliunde. ille fur est & latro.
Qui autem intrat postium. pastor est ouium.
Huic ostiarius aperit. & oues uocẽ eius audiunt.
& ppias oues uocat nominatim. & educit eas.
Et cum ppias oues emisit ante eas uadit.
& oues illum sequuntur. quia sciunt uocem eius.
Alienum autem non sequuntur sed fugiunt
abeo. quia non nouerunt uocem alienorum.
Hoc puerbium dixit eis ihc. Illi autem non
cognouerunt. quid loquebatur eis. Dixit ḡ
eis iterum ihc. Amen amen dico uobis. quia
ego sum ostium ouium. Omnes quotquot ante
me uenerunt fures fuerunt & latrones. sed non
audierunt eos oues. Ego sum ostium. p me si
quis introierit saluabitur. & ingredietur &
egredietur. & pascua inueniet. Fur non uenit

nisi ut furetur · & mactet · & perdat · Ego uenit
ut uitam habeant · & abundantius habeant ·
Ego sum pastor bonus · Bonus pastor · animam
suam dat pro ouibus suis · Mercenarius autem
& qui non est pastor cuius non sunt oues · pro-
videt lupum uenientem · & dimittit oues &
fugit · Et lupus rapit · & dispergit oues · Merce-
narius autem fugit quia mercenarius est · &
non pertinet ad eum de ouibus · Ego sum pastor
bonus · & cognosco meas · & cognoscunt me mee ·
Sicut nouit me pater · & ego
agnosco patrem ·
Et animam meam pono pro
ouibus meis ·
Et alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili ·
& illas oportet me adducere · & uocem meam
audient · Et fiet unum ouile & unus pastor ·
Propterea me pater diligit · quia ego pono an-
mam meam ut iterum sumam eam · Nemo tol-
lit eam a me · sed ego pono eam a me ipso · Potes-
tatem habeo ponendi eam · & potestatem habeo
iterum sumendi eam · Hoc mandatum accepi
a patre meo · Dissensio iterum facta ē inter iu-
deos · propter sermones hos · Dicebant autem
multi ex ipsis · Dyemonium habet & insanit ·
quid eum audistis · Alii dicebant · Hec uerba

non sunt dæmonium habentis. Numquid
dæmonium potest cæcorum oculos aperire.
Facta sunt autem encenia in ierosolimis. & hiems
erat. Et ambulabat ihc in templo. in porticu
salemonis. Circumdederunt ergo eum iudei. &
dicebant ei. Quousq; animam nram tollis.
Si tues xpc. dic nobis palam. Respondit eis
ihc. Loquor uobis. & non creditis. Opera que
ego facio in nomine patris mei. hæc testimoniu
phibent de me. Sed uos non creditis. quia non
estis ex ouibus meis. Oues mee uocem meam au
diunt. & ego cognosco eas. & sequuntur me. &
ego uitam æternam do eis. & non peribunt in
æternum. & non rapiet eas quisquam de manu
mea. Pater meus quod dedit mihi maius omni
bus ē. & nemo potest rapere de manu patris mei.
Ego & pater unum sumus. Sustulerunt lapi
des iudei. vt lapidarent eum. Respondit eis ihc.
Multa bona opera ostendi uobis ex patre meo.
pp̃ter quod eorum opus me lapidatis. Respon
derunt ei iudei. De bono opere non lapidamus
te. sed de blasphemia. Et quia tu homo cum sis.
facis te ipsum dm̃. Respondit eis ihc. Nonne scrip
tum est in lege ura. Quia ego dixi dii estis. Si illos
dixit deos ad quos sermo dei factus ē. & non potest
solui scriptura. Quem pater sãficauit & misit in

mundum uos dicitis quia blasphemas· quia
dixi di filius sum· Si non facio opera patris me·
nolite credere mihi· Si autem facio· & si mihi ñ
uultis credere operibus credite· vt cognoscatis
& credatis quia in me ē pater· & ego in patre·
Iesus in templo Dnica xvii post Dnica
Querebant ergo eum ad prehendere· & exiuit de
manibus eorum· Et abiit iterum transiordanen
in eum locum ubi erat iohannes baptizans primũ·
& mansit illic·
Iesus in Sabbato
Et multi uenerunt ad eum & dicebant· Quia io
hannes quidem signum fecit nullum· Omnia
